CORPVS OBSERVATIONVM MILITARIVM CENTVRIA

IN QVIBVS VARIÆ QVÆSTIONES quæ modernum statum militiæ concernunt,


EX IVRE COMMVNI,
SANCTIONE CAROLINA,
LEGIBVS FVNDAMENTALIBVS,
ARTICVLIS MILITARIBVS, vulgò Articuls-Brieffen/
CONSTITVTIONIBVS IMPERII recentioribus & nouissimis discutiuntur, tùm etiam ex continuis obseruationibus practicis enucleantur.

CONGESTA AC CONSCRIPTA

A IOACHIMO BVRGER LIPSIENSI, V. I. Candidato, & p. t. laudatissimæ Legionis Goldackerianæ Auditore.

CVI IN FINE PRÆCIPVVS NVCLEVS ARTICVLORVM Militarium ad nostram hodiernam militiam applicatorum, Ein Extract auß den fürnembsten Kayserlichen Kriegs-Articuls-brieffen/ iuxta desiderium multorum appensus est.

Officium regentis exercitum non tantum in danda sed etiam obseruanda disciplina consistit. l. 12. in pr. ff. de R. M.





COLONIAE AGRIPPINAE,
Excudebat Henricus Krafft sub signo Solis.

ANNO M. DC. XLV.



SERENISSIME PRINCEPS VVOLFGANGE VVILHELME

COMES PALATINE RHENI,

BAVARIÆ IVLIÆ CLIVIÆ AC MONTIVM DVX VELDENTII, SPONHEIMII, MARCHIÆ & RAVENSBVRGI, & MOERSII COMES, DNE IN RAVENSTEIN, &c.

DOMINE CLEMENTISSIME.

IAm dudum animus gestijt Celsitudini Tuæ *literarium munus dedicare, verum ex obscuriori officinæ meæ angulo nihil* Serenitate Tua *dignũ prodijt, eoq; nomine meas primitias gratiores fore cõfido. Etsi vero præsens munusculum* Serenissimi Principis *Maiestatem æquare non valeat, attamẽ nonnullis suis dotibus eiusdem serenam frontẽ sibi pollicetur. Agit enim de militari politia, id est de Inducijs & pactis bellicis, de Ducum officijs, de illo admirabili aciei & conflictus gubernaculo, de impugnandis propugnandisq; Vrbibus, de ingeniosissima stratagematum versutiâ, deniq; militarem encyclopediam centum articulis comprehendit, mirâ quidem breuitate, argutia, & pari assertorũ*

robore, vt in ijs non minus exquisitißimum Iurisperitum, quam strenuum Militem agnoscere liceat. Eum vero Commentarium Dux Serenissime Tibi cõsecrare multæ me impellunt. Principiò quidem, hic Ingenij partus in tua ditione natus est, Te suum Principem, Patriæq; Patrem agnoscit, adeoque ad patrociniј Tui sinum natiuo quasi pondere rapitur, Tu spero vicißim Tuũ Clientem ingenita Principis beneuolentia complecteris. Deinde quicquid id est operis Tibi quadam iucunditatis illecebra blandiri videtur, quid enim iucundius? quam bellicam politiam animo quidem intueri, sed non perinde ceruicibus sustentare, & iuxta Poëtæ versiculum Neptunum procul in terra spectare furentem, quandoqnidem tanta solertia bellum temperari non potest, quin acerbas calamitates omnibus inuehat, quotquot eius contagium inuasit, non ijs modo quos expilat, verum etiã Ducibus qui eius gerendi molem susceperunt, fælicißimè verò bellico tumultu velut vndis curarum, Charybde sumptuum, fortunæ ventis & ludibriis Tua Te prudẽtia subductum hoc in opere conspicies, maxima voluptate perfusus. Nec ab honesto & tanti Principis Serenitate huius operis dedicationẽ abhor-
re-

rere putabam, quippe quod non è triuio nec ipsius Authoris cerebello depromptum sit, sed è fortissimorum Heroum Consiliis atq; Imperatoriis decretis collectum contextumq; fuerit, in quo admirabilis illa prudentia quæ belli molem sustinet elucescit, cuius profectò magna vis est, scilicet qua tot lectissima capita in præsentissimã necem trahuntur, oppida & Vrbes euertuntur, imo prouinciæ, regna & imperia transferuntur, illam inquam admirabilem vim prudentiæ meritò Tibi Sapientissimo Principi *repræsentari putabam, vt illam contemplando nõ tantum animum pasceres, (cuius relaxatio non in otiis ludicris, sed negotiis seriis occupatur) verum etiam tuam in regenda ditione prudentiam si non acueres, saltem aleres atq; conseruares. Quid item honestius & Principe dignius? quam vt in suauissima pace etiam, bellorum leges patrocinij Tui clypeo tuearis, quibus velut arctissimis vinculis hæc bellua compescitur, ne vltra modũ furiosa debacchetur, quare illo beneficio, non modo tuis, verum etiã exteris populis magnam afferes fælicitatem.*

Deniq; vtilitatis lenocinio hic liber Tibi Dux Serenissime *commendari videtur, qui non modo*

belli gerendi artem, verum etiam Pacis ineundæ conseruandæq; consilia suggerit, proinde Celsitudinis Tuæ *Neutralitatem vt vocant, id est prudentissimam Pacem (cuius præclara iecisti fundamenta) spero stabiliet, cruentis vero tumultuatoribus reliquas vtilitates relinquamus, quanquã & illam precor afferat, vt præter cæteras virtutes & momenta, eximia tua militandi solertia atque prudentia maleuolorum animos à ferro compescat. Sed inprimis ad hunc librum typis euulgandũ me prouocauit, singularis Tua & optimo* Principe *digna benignitas, qua illos omnes prósequeris, qui vel scripto vel æneo charactere rem literariam prouehere desudant, adeoque erecti beneficentiæ Tuæ præsidio, non dubitant oleum & operam aleæ fortunæ committere, quo pacto scriptorum Ingenium, Calcographorum animos, bonarum literarum vigorem suscitas, vt non minus literarum quam Patriæ Pater decantari merearis. Quare cum in præsenti opere tria illa bonorum genera conspirare videantur, tum ipsius tenuitatem incredibilis beneuolentiæ resarciat, humillimè precor* Tuam Celsitudinem, *vt hoc literarium apophoretum innata sua benignitate clementissimè*

complecti dignetur, vicissim supplicabo immortali DEO, *vt* Serenitatem Tuam *in altissima pace omni bonorum genere florentem diutissimè sospitet. Ita precatur ex animo*

Serenissimæ Celsitudinis Tuæ

Humillimus Seruus

Henricus Krafft Typogr.

AD CLARISSIMVM PRÆSTANTISSIMVM & Politissimum Dominum IOACHIM BVRGER HVIVS CENTVRIÆ VEL libelli de arte militari Authorem Iuris Vtriusque Candidatum, & militiæ Auditorem.

DIuitias alij quærunt: sectantur honores
Multi alij vanos: otia vulgus amat.
Tu IOACHIME bonos scribis de Marte libellos,
Immortale tibi nomen in Orbe paras.
Perge ita: sic facies vt nostris MARTIS alumnis
Militis Oceanus sit penetrabilior.
Perge ita sic facies, vt publica scripta per Orbem
Laudentur, volitent docta per ora virum.
Mercedem dabit is, qui cœlica præmia reddit:
Si quando in terris gratia parua datur.

ALIVD IN EVNDEM.

NOn laus exigua est, sed belli digna perito
Bella docere domi, bella docere foris:
Tu quod vtrumque facis, quod bella domique docendo
Exornas, Ornas bella forisque LIBRIS.
Mauortis meritò es pars suspicienda Senatûs,
Belli atque æternum nomen ab Arte paras.
Quod facis, vt facias post hac IOACHIME precamur,
Scribas bella domi, bella doceto foris,
Vtilis BVRGER mage dicet serior ætas
Num fuit ille domi? num fuit ille foris?
Sed quid? nostra tuas non æquant carmina laudes,
De multis igitur desino pauca loqui.
Viue, valeque diu vir PRÆCLARISSIME, felix,
Et multos scriptis perge iuuare tuis.

Bernhardus Flashouen S S. Theologiæ & Iuris Vtriusque iampridem Candidatus.

AD LECTOREM.

TV benigne Lector, omnia æquo animo suscipe, si quâ in re erraui, memor sis Iustiniani sententia. Omnium meminisse, & in nullo penitus errare diuinitatis potius est quàm mortalitatis.

PRAELIMINARE.

QVandoquidem hæc materia circà res bellum continentes iuxtà congruentiam ſtatûs mei maximè verſatur, id circò operæ pretium me facturum exiſtimaui, ſi de bello aliquas obſeruationes ſubſtantiales præmittam ad meliorem dilucidationem ſubſequentium.

OBSERVATIO PRIMA.

Bellum mouere ex ſuâ naturâ non eſt malum ſed licitum.

FVerunt tempore Auguſtini quidam Hæretici, nim. Manichæi qui damnabant in vniuerſum omnia bella, ſed illorum ſententiam S. Auguſtinus tanquam erroneam ſuo tempore refutauit, & latiſſimè teſtimoniis V. T. contrarium probauit. Sed quoniam Manichæi V. T. auctoritatem negabant, ex N. T. auctoritas vlterius deſumenda erat, ex Luc. c. 3. vbi Ioannem Baptiſtam in deſerto prædicantem milites interrogabant, dicentes; Quid faciemus & nos? Et ait illis: Neminem concutiatis, neque calumniam faciatis, & contenti eſtis ſtipendijs veſtris. Hoc loco vtitur S. Auguſtinus. c. 3. de re militari & bello: cum ſcribit ad Bonifacium: Noli exiſtimare, neminem Deo placere poſſe, qui in armis bellicis miniſtrat; In his erat Sanctus Dauid, cui Dominus tam magnum perhibuit teſtimonium. In his etiam plurimi illius temporis iuſti, in his erat & ille Centurio, Matth. c. 8. Pacem ergò ha-

gò habere debet voluntas,bellum necessitas. Non enim pax quæritur, vt bellum excitetur; sed bellum geritur, vt pax acquiratur. Esto ergò etiam bellando pacificus,vt eos,quos expugnas , ad pacis vnitatem vincendo perducas.Itaque hostem pugnantem necessitas perimat , non voluntas. Et sicut rebellanti & resistenti violentia redditur , ita victo vel capto misericordia iam debetur,maximè in quo pacis perturbatio non timetur, & mox in seq.cap.& c.6.Ipsa bella etiam pacata sunt , quæ non cupiditate aut crudelitate sed pacis studio geruntur,vt mali coërceantur,& boni subleuentur.

Quid culpatur in bello? An quia moriuntur quandoque ineuitabiliter morituri, vt dominentur securius seu commodius victuri? Hoc reprehendere,timidorum est,non religiosorum.

Nocendi cupiditas,vlciscendi crudelitas, impacatus atque implacabilis animus,feritas rebellandi,libido dominandi, & si quæ similia, hæc sunt,quæ in bello culpantur (& paucis) interiectis. Aduersus violentiam insultantium aliquo legitimo Imperio iubente licitè bella suscipiuntur, Alioquin Ioannes militibus præallegato loco respondisset. Arma abijcite, militiā abdicate,seu aliud vitæ genus instituite, neminem prosternite. Sed quia sciebat,eos,cùm hæc militando facerent,non esse homicidas, sed ministros legis,& salutis publicæ defensores, non militiæ desertionem imperauit,sed limites,quibus se continere deberent, præscripsit,& ità militiam approbauit. Et in hâc conclusione nunc nulla est amplius controuersia.

OBSERVATIO II.

Quæ ad belli iustitiam requirantur.

GEneralis legitima causa belligerandi est vti patet c.1. caus.23.quæst.1. iniuria illata,quæ vindicanda,aut propulsanda aut recompensanda. Consentit S.Thom.2.2.q.40.art.1.Limitatur hæc conclusio 1.vt non pro quauis leui aut minimâ iniuria bellum inferri debeat, sed pro graui & arduâ 2.quando res aliter recuperari non possunt.

Hæc conclusio plenius ex sequentibus patebit.

OBSER-

OBSERVATIO III.

Specialiores causæ bellum mouendi sunt.

1. IVstam bellandi causam præbet defensio Reipublicæ & rerum ad ipsam pertinentium contra hostes & Inuasores.

2. Rebellio & inobedientia Subditorum contra proprium principem post admonitionem iusta est etiam bellandi causa. Castrensis, Couarruuias & alij. Daher Ihre abgeleibte Keyserl. Mayst. Ferdinandus II. höchstseligster gedächtnus wieder die in Ihro Erb. Königreichen vnd Landen in Annis 1619. 23. vnd 26. entstandene Rebellen/nach dem keine gütliche abmahnungen bey denen verstockten Bauren verfangen vnd operiren wollen/mit höchster billig: vnd rechtmessigkeit die Waffen ergreiffen/Ihre Keyserliche Authorität vnd Hochheit dardurch restabiliret/vnd Ihro abgewichene Vnderthanen wieder zum schuldigen gehorsamb gebracht.

3. Etiam belli recti causa est, si quis Legatos Principis contumelia insigni affecerit. Illa enim iniuria in ipsum Principem redundare videtur. Hac de causa Dauid bellum suscepit aduersus Ammonitarum Regem, quod nuncijs à Dauide missis mediam partem barbæ radi, & vestes illorum medias vsque ad nares præscindi iussisset. 2. Reg. 10.

4. Iustè etiam bellum moueri potest, contra eum, qui, hosti & inimico nos iniustè persequenti fauet & auxilium præbet, Sic Dauid impugnauit Syriam Damasci, eò quòd suppetias ferebat Regi Soba. 2. Reg. 8.

5. Licitum est etiam belligerare contra eos, qui facinorosos defendũt, ne debitas luant pœnas. Hæc causa mouit vndecim tribus Israel, vt arma sumerent contra Ciuitatem Gabaam & tribum Benjamin, eò quòd incolæ prædictæ Ciuitatis vxorem viri Leuitæ occidissent, & reddere illos malefactores ad supplicium noluissent. Iudic. 20.

6. Violatio pacti & fœderis initi, & denegatio tributorum justam etiã offert bellandi causam. Ob hanc rem Ioram Rex Israel, adiuuante Iosaphat Rege Iuda bellum gessit contra Regem Moab, qui tributa agrorum & arietum, quæ ex antiquo fœdere singulis annis soluere debebat, reddere recusauit.

7. Ratione auertendæ iniuriæ à proximis, ne opprimantur iniustè à Tyrannis, licitum est bellum gerere. Qui enim non repellit à socio iniuriam, si potest, tàm est in vitio, quàm ille qui facit. c. 7. & c. 11. Non est im-

munis à scelere, qui desinit obuiare, cùm potest, sed consentire videtur. cauf.23.q.3.

8. Iusta bellandi causa est, quando quis alium principem impediat, ne per suam prouinciam cum milite transeat, modò transitus sit innoxius. Bartol. in l.1.c.de Pagan. Hoc probatur Numer.21. Filij Israël pugnarunt contra Reges Amorrhæorum, quia eis permittere noluerunt innoxium transitum in terram à Deo promissam.

OBSERVATIO IV.

Bellum non potest esse ex vtraque parte iustum ex sua natura in se.

CONclusio est communis Theologorum & Iurisperitorum. Bellantes enim inuicem sunt sibi contrarij. Ergò contraria habent iura iusta vel iniusta. Ergò vnus tantum iustam fouet partem ex naturâ rei, & alter iniustam, cum iustum & iniustum sint contraria. Ergò bellum non potest simul esse iustū ex parte vtrâque agentis vid. seu indicentis, & patientis seu defendentis. Dictum est, limitandi causâ, (ex suâ naturâ & ex se) quia posita ignorantiâ in vnâ parte inuincibili, potest bellum ex vtrâque parte esse iustum; Quemadmodum etiam in foro contentioso s. iudiciali contingit, quòd actor & reus quandoque iustam litem foueant, licet alter eorum tantum à parte rei iustam causam litis habeat. Vide Tr. Binsfeldij de iniurijs seu damno dato. p.540.

OBSERVATIO V.

De irrationabili isto loquendi modo, qui inter aliquot milites vulgaris est: Ich diene einem Herrn für Geldt/wer mir am meisten Geldt gibt/ ist mir der beste vnd liebste Herr.

MIlites qui sunt parati ad quodcunque bellum, nec curant siue iustum siue iniustum sit, sed currunt ad sonitum pecuniæ, solum attendentes largiorem nummorū largitionem seu erogationē sunt in statu peccati mor-

mortalis. Ita statuunt communiter Theologi. Ratio clara est, quoniam tales milites venalem habent animam pro pecuniâ, & animum simul promptum & paratum ad peccandum & exercendum iniustitiam, dummodò ipsis per occasionem liceat Horrendissimam erga temeritatem quorumdam militum aliquando cum stupore audiui, asserentium, se velle Diabolo ipsimet pro pecuniâ militare. Sed cordatus discretus miles eiusmodi impias loquelas merito abhorrebit, & testabitur tãquam ex erebo & furijs infernalibus excogitatas.

OBSERVATIO VI.

Utrum milites in conscientia adstricti sint causas belli, num iustæ vel iniustæ sint, inquirere vel discutere. **Ob ein Soldat in seinem gewissen verpflichtet ist/ehe vnd zuuor er sich zu Kriegsdiensten verbindet/die vrsach des Kriegs reiflich zu erwegen.**

DIstinguo primò inter milites superioris & inter milites inferioris Ordinis. Vnter die ersten verstehe die Kriegsrähte/Generaln/ vnd Obristen/vnd andere hohe Officirer / quia hi ex officio & vocatione tenentur inquirere & examinare causam, vt damna & pericula, quæ imminent ex iniustitiâ belli impediant. Qui n. non prohibet, dum prohibere potest, æque in vitio est, ac si ipse faciat d. R. I. Qui enim tenetur & potest damnum impedire & negligit, non est vacuus à culpâ. Cum tacens, quando loqui tenetur consentire videatur. Cui conueniens c. 1. de his quæ fiunt à maiori parte capituli. Nam licet regulariter præualeat, quod maiori parti visum fuerit, tamen qui vocem habet in capitulo, & rationabili contradicendi causam habet, alijs, qui iniusta decernere volunt, non assentire tenetur, sed saniora consilia suggerere.

Milites autem inferioris ordinis aut militant Principi, cuius subditi sunt, wann sie jhrer Landsfürstlichen Obrigkeit dienen si bona fide credunt bellum à suo principe indictum esse iustum, non tenentur causas iustitiæ discutere.

cutere. Licet enim reum faciat iniquitas Imperandi, innocentem militem ostendit ordo seruiendi. c.4.caus.24.q.1. Aut militant principi alieno, cuius imperio non subsunt, einem Außländischen Potentaten non possunt sine peccato indiscussa causa militare. Nauar. Vide Bensfeldium in Tr. de iniur.& damn.dat.p.524.

Aut militant de iustitia belli quodammodò dubitantes, & tunc similiter tenentur accuratius discutere. In re enim dubia voluntariè se exponunt periculo peccandi & alios damnificandi contrà iustitiam.

Aut certum & liquidum est, bellum esse notoriè iniustum, & tunc nec subditi, nec vasalli nec stipendiarij possunt eiusmodi, bello interesse. Nec in tali casu obligat iuramentum fidelitatis à vasallo præstitum. c.in malis.1. 2.q.4. Impia est promissio, quæ scelere adimpletur, nec fides ad facinora extenditur. l. Iurisgent. ff. de pactis. Nec in re turpi obligatio contrahitur. §.illud.l.mandat.l.si remunerandi, l.si mandato, ff. eod. Obedientia enim in delictis inofficiosa & iure reprobata est nec excusat. 11.q 3.c. non semper, & 15.q.6.c.fin.l.fin.ff.de bon.dam.l.seruus ff.de act.& oblig.

OBSERVATIO VII.

Nemo duas functiones militares obtinere satagat. Mehr als eine *Carico* zu bedienen / ist in Rechten Vnzulässig.

L.5. c.qui milit.poss. vel non. Nemini prorsus facultas sit eodem tempore plus quam vnius ordinis nomen affectare, interdicendis in commune cunctis binis trinisque cingulis. & l.8.C.d.t. Quòd si quidam duplici militia vti præsumpserit, vtramque amittat. Datur enim optio, quem retinendum sibi potiùs censeant, quem verò deserendum. Nemo duplici fungatur officio, nec aucupetur plura in vnum se collaturus, nihilque reliquis relicturus. l.10.C.de proxim.sacror.scrinior. Absurdum namque, promiscuis si actibus rerum turbentur officia, & alij creditum alius subtrahat. l. 23.C.de testam. Solet n.fieri, vt cum ad vtrumque aliquis festinet, neutrum benè peragat. l.fin.C. de adsess.& domestic.& cancellar. iud. neque n.facile credendum est duabus necessarijs rebus vnum sufficere, nam cum vni intendat, alteri abstrahi necesse est. d.l.

Distinctionem tamen hic adhibendam puto, vt procedat regula, si officia adinuicem sint incompatibilia (discrepantia, secus si quodammodo sint subordinata, & in vno subiecto commodè subsistere possint, quòd vnus tunc duplicata stipendia promereri possit, benotab/weil jetziger zeit die Tractamenten sehr gering/vnd dermassen per suggestionem einiger Kriegs-vnerfahrner beschnitten/daß man kümmerlich darvon seinen Leibs vnterhalt haben mag: Et in tali casu, quando salaria nimium accisa & attenuata sunt, prædicta regula patitur limitationem, vnd kan einer eine Auditeur- vnd Secretariat-stelle weil sie ein ander nicht repugniren, zugleich vertretten.

OBSERVATIO VIII.

Vtrum consultum sit Romano Imperio, in exercitu absolutum Moderatorem seu Generalissimum constituere?

DVx Fridlandiæ renuit post Lipsiacam cladem Anno 1631. factam Generalatum suscipere, nisi absolutissima & plenissima simul potestas concederetur, exercitum independenter gubernare, & præcauit in conuentione cum Cæsare Ferdinando II. habitâ, ne sibi bellum ex aliorum nutu gerendum esset. Namque vetabantur anteà Cæsarei Duces quidpiam momenti aggredi, quin prius bellicum consilium, den KriegsRath zu Wien/desuper consulerent, atque inde ex præscripto agerent, vnde aliquando lapsu temporis benè gerendæ rei occasio amittebatur; Sic voluit Wallensteinius huius belli curam sibi soli incumbere, quod etiam à Cæsare ex voto obtinuit; sed posteà ad extremam perniciem Cæsaris & domus Austriacæ ista amplissima potestas vergere videbatur, & euentus docuit, satius fuisse, si ad certos limites restricta fuisset. Firmissimum enim aduersus fraudes & insidias munimentum est prouida & sapiens diffidentia.

OBSER-

OBSERVATIO IX.

Vasallus habet plura & diuersa feuda à duobus vel pluribus & diuersis Dominis, qui duo Domini mouent inuicem bellum, & vterq; Dominus vasallum requirit, vt seruiat & iuuet eum, cui teneatur opem ferre.

DE rigore Iuris tenetur eum iuuare, cui primò fecit fidelitatem, etiam in offensam posterioris Domini, neq; à posteriore Domino poterit priuari feudo, quod ab ipso tenet. § illud quoque, de prohib. feud. alien.

Speculator tamen in tit. de feud. §. quoniam, æquum & tutum censet, quod eum, cui primò fecit homagium nim. antiquiorem personaliter iuuet, illum verò cui secundò iurauit, iuuet per substitutum pro viribus istius feudi. Et non videtur præstare auxilium contra priorem Dominum, licet iuuet secundum per substitutum, cum non faciat hoc animo nocendi priori Domino, sed causa sibi ipsi consulendi, ne feudum à secundo Domino sibi concessum amittat. Et hæc procedunt, quando constat, quis sit antiquior Dominus. Si verò de eo est dubium, ita vt vasallus ignoret, quis sit antiquior, quia feuda fuerunt suis antecessoribus concessa ante aliquot annos, ita quòd eius temporis memoria non extet. Et tunc de rigore iuris videtur dicendum, quod hoc casu neutrum teneatur iuuare, ne vni præstando auxilium, alterum offendat. Speculator vero in d. §. quoniam, concludit, quod vtrique debeat opem ferre, vni personaliter, alteri per substitutum. De iure vero Saxonico vid. cap. 46. vbi dicitur, Wann ein Man hat zween Herrn oder mehr/die jhm deß Reichs Dienste gebieten / der jhme dan zum ersten gebeut/mit dem soll er selber ziehen / vnd den andern allen soll er Heerstewer geben. De facto ita vidi obseruari, daß der Lehenman einem jeden Herrn Pferd vnd Knecht / wie er jhm zu dienen schuldig gewesen zugeschickt hat/vnd er ist für sein Person still gesessen.

OBSER-

OBSERVATIO X.

Vasallus sub pœna amißionis feudi tenetur seruitia præstare Domino.

Limitatur 1. Quando Vasallus à Domino fuit requisitus & interpellatus non præstitit seruitium, aliàs feudo non priuatur, quia non tenetur Domino offerre seruitium, c. licet, si de feud. def. Hoc tamen iterum limitatur, 1. nisi vasallus sciret, Dominum constitutum esse in periculo, quia semel certus amplius certiorari non debet. C. cum. de R. I. 2. nisi seruitium ex die certo deberetur, quia tunc dies interpellat pro homine. l. magnam. C. de contrah. & commit. stipul.

2. Vasallus in bello notoriè iniusto non tenetur seruire Domino. Confœderatio enim vel Societas ad facinora vel rei flagitiosæ nullam vim habet, l. si à reo, ff. de fideiuss. l. rem. ff. mand. Et magis peccat ille, qui opem fert peccanti, quàm ille qui principaliter peccat, c. 14. q. 16.

Feudistæ tamen per text. expressum in c. Domino, tenent iustum & æquum esse Dominos protegi à suis vasallis, quantumcunq; defensio sit iniusta, cùm defensio etiam iniusta non videatur propriè esse maleficium, l. 1. de bon. eor. qui ant. sent. Et propter beneficium à Domino acceptum censentur vasalli tanquam milites stipendiarij ipsius Domini.

Si autem dubitatur an Dominus moueat guerram iustam vel iniustam, tunc tenetur iuuare, quia determinatio istius dubij non pertinet ad Vasallum, & vt inquit Zas. Vasallus in exquirendis talibus non debet esse curiosus, cùm in dubio persona Domini sui semper sancta & honesta ei videri debeat. arg. l. liberto. de obseq. à libert.

3. Vasallus non tenetur præstare seruitium Domino ab Imperatore vel à Rege bannito, quia tunc est solutus à juramento fidelitatis.

4. Vasallum à præstatione seruitij excusat impotentia, si nempe vasallus non habeat, vnde poßit emere arma & equos. wan er die mittel nit hat sich zu montiren/ nam qui facit quod potuit excusatur. l. si ideò. C. de his quibus vt indign. nisi talis impotentia esset affectata & culpa vasalli contigisset, vt quia dißipauit inutiliter & prodigè sua bona.

5. Quando Vasallus oppignorauit feudum Domino directo, à quo illud recognoscit, so ist er der Ritterdiensten vberhaben, non tenebitur præstare seruitia Domino interim, dum ipse Dominus percipit inde fructus.

OBSERVATIO XI.

Causæ, quæ obsessos à deditione excusant, sunt:

1. Si annonæ & eduliorum penuria laborent. Fontes, & canales aquarum ademptæ seu obstructi sint.

2. Nullius subsidij spes affulgeat.

3. Apparatus bellici carentia appareat.

4. Si oppidum cuniculis planè excauatum sit, Wann es gantz vnterminiret ist.

5. Si munitio tam vasta & irregularis sit, & tantæ vrbis capacitati propugnandæ iustus militum numerus desit.

6. Si iniectis pyrobolis ædium atrox flamma fuerit.

7. Si deriuatâ aliorsum aqua fossæ exsiccatæ fuerint. Wann das wasser abgestochen ist.

8. Si hostis adeò suas promouerit fossas, vt se inuicem hostes p[illegible] contingerent, Daß sie sich mit einer piquen erreichen prostratisque magno hiatu mœnijs, ad eiusdemque applicatis scalis præsidiarios tribus violentissimis fatigarint assultibus. Wann ein Commendant nach geschossener vnnd verfertigter Bresse seinen Feindt 3. heftige stürm abgeschlagen, kan er mit ehren accordiren. Intrepidus autem & industrius Gubernator non statim ob vnum prædictarum conditionum euentum animum despondeat, & deditionem faciat, sed singulas aut plures, vt concurrant, expectare debet.

9. Si æquis & decoris conditionibus abitus obtineri possit.

Decoræ conditiones habentur, si exitus concedatur saluis armis tormentis seu Machinis, sonantibus tympanis, vexillis expansis, & accensis funiculis, mit fliegenden Fahnen vnd Standarten / brennenden vnd beyhangenden Lunthen / Kugeln im Munde / gefülleten Bandelieren / wie nicht weniger die Reuter in jhren Waffen / mit auffgezogenen Hanen der Rohren vnd Pistolen / offenen Trommel: vnd Trompetenschall / mit Sack vnd Pack / 6. Stück geschütz / sambt darzu gehörigen Wägen hebzeug / Constabelen / Handtlangern vnd anderen Artollery bedienten / vnd zu jedem stück 10. Schüß an Ku-

an Kugeln vnd Pulver ꝛc. dergleichen Conditiones sind bey vbergab der Vestung Dorsten Anno 1641. den 18. Octobris beschehen/von Ihrer Hoch-gräffl: Excellenz Herrn General Feldt-Marschalck Grauen zu Gleichen vnd Hatzfeldt beliebet/vnd in denen mit den abziehenden Hessischen Gubernatorem Obristen Geyß vnd Kotzen gehaltenen Concordaten einnerwilliget worden/wann jetzt erzehlte stück Concurriren / alsdann wird es für einen honorabeln vnd reputierlichen Accord gehalten.

OBSERVATIO XII.

DE OBSESSIS.

Obsessorum munia sequentibus ferè monitorum cancellis inclusa sunt.

1. SI benè instructi sunt munitionibus & annona, fortiter obsidionem sustineant.

2. Videant obsessi, ne premantur aquæ inopia. Idcircò receptacula, quæ aquis pluuialibus, quæ de tectis effluunt, destinata sunt, perutilia sunt, welches man gemeiniglich Regensärcke nennet.

3. Obsessi præ se ferant, abundare se in his, quæ maximè desunt.

4. Erogationes annonarias dimensione salubri temperent, Sollen von jhrem vorrath oder vorhandenen Viures ein vberschlag/ vnd nach denselben die außtheilung conformiren. Nunquam enim periclitati sunt de fame, quæ frugalitatem inter copiam seruare cœperunt.

5. Si aliquos de deditione agere deprehenderint, eorum conatus illicò reprimere satagant.

6. Si euidens vtilitas suadet, eruptionem cum sollicita tamen circumspectione, ne regressus ipsis intercludatur, daß jhm der Paß nicht abgeschnitten wird/faciant; Si autem eruptioni ambiguum periculum immineat, satius est intra mœnia mansisse quàm temerè erupisse propter difficultatem, recuperandi noua præsidia.

7. Hostibus in vrbem irrumpentibus de eminentiore loco saxis aliisque telorum generibus obuiandum est, atque eo casu portæ ciuitatis aperiendæ, vt resistere desinant, fugiendi potestate concessâ. Veget lib. 4. c. 25.

OBSERVATIO XIII.

De Obsidentibus.

Obsidentis munia hæc ferè sunt.

1. PAuorem quocunque modo incutiendum esse meminerit, Frontinus lib.3.Stratag.8.

2. Eliciat obsessos per insidias, prædict. Author. lib.3 c.16.

3. In subterraneo oppugnationum genere exquisitos adhibeat cunicularios. Es sol sich einer auff gute Minierer befleissigen.

4. Machinas vt fulminales grandiores penes se habeat prouideat. Species harum machinarum variæ sunt, variisque efferuntur nominibus: als da sind gantze vnd halbe Carthaunen/Feldschlangen/Falckenetté/Fewer-mörser/Petarden/dergleichen Instrumenta müssen vorhanden sein/wil mā eine Vestung emportiren.

5. Sollicitus sit, ne bellorum neruus præcipuus pecunia desit, quemadmodum n. negant Medici sine neruis homines ambulare posse; Ita Politici sine re monetaria bellum. Efficacia n. armorum in sumptibus & expensis cōsistit. Militares autem expensæ citrà pecunias agi non possunt. Nouell.8 c.10. Ob nummorum defectum arma de manibus plerumque excutiuntur aut frigidè tractantur. Bocer.lib.1.c.15.

6. Sedulò prouidendum de annona, commeatu & re frumentaria, Damit es an Proniande nicht ermangele, Hoc vnum & ponderosissimum consilium & accuratissima circumspectio sit, vt obsidenti sufficiat victus, obsessos frangat inopia. Veget.lib.3.

7. Summatim vt ingeniosissimas inuentiones, quas moderni scriptores bellicorum Stratagematum in abundantiâ suggerant, adhibeat.

OBSERVATIO XIV.

Duces belli inuicem paciscentes, an & quando præiudicant subditis, quò minus contrà damnificantes agere posint?

SI pax aliter haberi non posit, nisi per remissionem talium damnorum, tunc potest Princeps non obstante querela subditorum ex plenitudine potesta-

potestatis damna vltro citroque illata remittere, quia is ob huiusmodi necessitatem & publicam vtilitatem, ad euitanda maiora belli incommoda vtiliter censetur gessisse negotium subditorum. Mynsing. Centur. 4. Obs. 9. Bonum enim publicum præpõderat vtilitati priuatorum. Dahero auch in den Pragerischen Friedenschluß in §. zwischen etc. eine vollkommene Amnistia alles dessen/so bey vorigen Kriegsübungen vorgangen/ gestifftet vnd auffgerichtet/vnnd alle Mißhelligkeit/vnmuth vnd wiederwillen/ so darbey entsprungen/gäntzlich auffgehoben/dergestalt vnd also / daß derselben von keiner seiten in vnguten nicht zugedencken/ noch derowegen ein Theil wieder den andern/weder durch Güte oder Recht/vnter einigerley schein nichts zu prætendiren/noch vorzuwenden. Insonderheit der Kriegs vnkosten vnd zugefügten Schäden halben/so wol Ihre Käys. Mäyst: dero hauß vnd sämptliche Catholische Churfürsten / Fürsten vnnd Ständen gegen die andere Kriegs Parthey/die Augspurgische Confessions verwandte vnd dan auch dieselbige hinwiederumb gegen Ihre Käys: Mayst. dero hauß/ vnd allerseits Catholische Ständte/weder jetzo/noch künfftig nichts suchen/sondern alles durchauß gesuncken vnd gefallen / vnd auß Käyserlicher macht vnnd vollkommenheit/auch krafft dieses Friedenschlusses/auffgehoben vnd abgethan seyn solle. In solche Amnistia sind alle Hohe vnd Nidere Kriegs Officierer/ vnd gantze Soldatesca/alle bestellte Räthe vnd diener / sie haben Nahmen wie sie wollen/von höchsten biß zum Niedrigsten/vnd in summa Jedermänniglich / so einer oder der andern Parthey bey obgesetzter Kriegsübung verwandt vnd zugethan gewessen/an Leib/ Leben/Ehr/Würdē/Freyheit/ Haab/ Gütteren/Lehen/Rechten/Gerechtigkeiten / Stande vnd Ambt kräfftig mit eingeschlossen/vnd deßwegen wieder sie vnd dero Erben ingesambt vnd sonders/vnter keinerley Prætext zu ewigen zeiten in vnguttem nichts gedacht/ noch denselben etwas vorgerückt/verweißlich exprobrirt, viel weniger geandert vnd gerochen/auch den Ständen des Reichs an selbst/vnd sonst andern ins gemein/an denen von der Röm: Käys: Mayst. vnd dem Heiligē Reich oder einem Stande desselben tragenden Lehen vnd anderen gerechtigkeiten ohn nachtheilig noch etwas vngleiches deßwegen beygemessen / oder einige beschwerde zu gezogen werden/sonder alles/so vorgangen/gäntzlich abgethan/ verloschen vnd auffgehoben seyn solle Omnia penitus consopita & extincta, & vi huius contractus sublata & abolita erunt. Tractatus Pragensis §. in hac Amnistia comprehensi &c.



OBSERVATIO XV.

Quando aliquis Comes vel Dux propter rebellionem vel aliam causam ab Imperatore est bannitus, & ipsius bona cuidam alteri Comiti per Imperatorem concessa sunt, & deinde Comes bannitus ab Imperatore restituatur; erlanget pardon, an recuperet Comitatum, & sic omnia bona, quæ propter rebellionem amisit, eademque à Comite possidente vendicare possit.

DD. distinguunt. Aut Imperator simpliciter remittit pœnam delicti, & tunc non intelligitur restitutus ad aliqua bona. l. 2. C. de sent. pass. Aut restituit ad bona simpliciter, & tunc restitutio solum trahitur ad bona, quæ adhuc sunt penes fiscum. l. 1. C. d. t. non autem ad alia bona, quæ per Imperatorem per viam contractus ad alios translata sunt, nam illa vasallus restitutus vendicare non potest, Estque ratio, quia Imperator simpliciter restituens ad bona, non videtur velle tollere ius alteri quæsitum in illis bonis, & talis restitutio (vbi aliud non exprimitur) intelligatur fieri sine præiudicio iuris alieni. c. 8. de rescriptis in 6. Et in dubio non est verisimile, quòd voluerit adimere, quod concessit. arg. l. prædia C. de locat. præd. ciui. Aut Imperator etiam restituit ad bona alienata in alium, & tunc incidimus in illam difficultatem, An Imperator expresse possit auferre Dominium & ius alteri quæsitum? Et communis est conclusio, quòd non, nisi ex causa publicæ vtilitatis. l. fin. C. si contr. ius vel vtilit. Nam propter publicam vtilitatem potest auferre res priuatorum, vnde vsuuenit, quòd Princeps pro faciendo pacem possit remittere iniurias & damna illata subditis, ita quòd in perpetuum non possint conqueri neque ciuiliter neque criminaliter. Sic tenent Eximij ICti Bartol. & Iason. in l. Gallus ff. de liber. & posth.

OBS.

OBSERVATIO XVI.

Vtrum Iuri & æquitati consentaneum sit, ut si vnus certus pagus planè desolatus soluendo ampliùs non sit, istius quota seu Assignatum cæteris idoneis accrescat?

HÆc quæstio quotidiè ferè occurrit, in dem täglich bey diesen jetzigen Contributions anschlagen so wol von Soldaten als Contribuenten deßwegen häuffige geführet werden/diesse beschweren sich/daß sie für andere bezahlen sollen/in dem sie in entrichtung ihres eigenen Contingents gnug zu thun finden Jene aber Klagen/daß sie diesen abgang bey diessen ohne das geringen vnd beschnittenē Tractamenten/als auß deren völligen vnd richtigē geniessung sie kaum den vnentbehrlichē Leibs vnterhalt erzwingen können/geschweig/daß sie daran viel darben oder nachlassen sollen / nicht tragen könten. Diesse zweiffelhafftige frag ist so wol von vieln ICtis als bey bißherigen Kriegsleufften in hiesigen Landen vielfaltig ventilirt worden. Ius commune magis stat pro Contribuentib: & procliuius est ad absoluendum quàm ad condemnandum, cum partium iura sunt obscura reo fauendum est potius quam actori c. 11. de R. I. & habemus præterea text. express. in l. 4. C. de execut. ibi: Nulla possessio pro alienis debitis publicis vel priuatis conueniri debet. Wann ein ort seiner matricul gemeß vnd conformiter bezalt/ sol er nicht schuldig seyn für einen andern säumigen orth zu bezahlen. Welches auch so wol von Ihr Excellentz Hatzfeldt rc. als Herrn Gen. Cōmissario rc. Freyherrn von Blummenthal in ihren diß falß verfertigten vnterschiedlichen Rescriptis für billich erkandt vnter Dato Cölln vom 25. Aprilis 1644. ibi damit die noch in etwas vermögenden nicht zumaln vertrieben/das Landt gantz Leuthloß gemacht vnd dardurch die Soldatesca desto mehr noth leiden müsten/ist verordnet/daß ein ort vor den andern der Mißbezahlung der Contribution halber nicht executirt werden solle rc.

OBSERVATIO XVII.

Hostis quantuluscunque ille sit, contemnendus tamen nullo modo est. Man sol seinen Feindt nimmer zu gering achten.

SÆpe contemtus hostis cruentum certamen edidit. Liu lib. 21. quin potius qualitas illius ad amussim inuestiganda est. Hostem, quem spreueris, valentiorem negligentia facis. Curt. lib. 6.

Daß die Anno 1630. auff den Reichsbodem geführte Schwedischen kaum in 6000. Mann bestehende Kriegsmacht/ zu einem so eylfertigē vñ a̋ be-tigen incremento gerathen/ ist eine auß den fürnembsten vrsachen/ daß man den König in Schweden so gering / die Käyserliche Waffen aber so hoch vnd gleichsamb für vnüberwündlich geschätzet.

OBSERVATIO XVIII.

De Lustratione. Von der Musterung.

OLim ex Constitutione Zenoniana solus Princeps probandorum militum actum exercebat. l. 17. de re milit. l. 9. C. de diuers. offic. qui probatoria dicebatur. Hodie, hunc actum expediunt militares Commissarij. Worauß erscheinet/ daß ein Commissariat billich hoch zu æstimiren, wann es mit Ehren vnd respect vertretten wird. Were aber zu wündschen/ daß etliche Herrn Commissarij ihr anuertrawtes Ambt sorgfeltiger beobachten/ vnd genawere achtung auff die Musterungen geben theten/ vnd nicht so viel blinde offtemals durch passiren liessen. Olim lustrati & recepti in Catalogum, seu Matriculæ inserti, wan sie in die Musterrolle eingeschriebē worden/ cingebantur zona appenso ense. l. 25. l. 38. l. pen. ff. de test. milit. tam equites, quam pedites. Bocer. lib. 1. de iure belli c. 11. n. 5. qui ex prisco illo cingendorum militum ritu consuetudinem fluxisse scribit, qua Imperator aliquem recipiēs in equestrem ordinem, humeros eius stricto gladio ferit, schlägt jhm zum Ritter: qua itidem hodiè Principes, Comites ac Nobiles ministris suis perfectam ætatem adeptis, Iura gestandi gladium solenni-

ter concedunt inflicto colapho,quo colophonem imponunt nugis & ineptijs primæ ætatis,& simul cum expotestate suâ dimissum declarant. welches geschicht / wann einer nach heutiges tags gebräuchlicher gewonheit wehrhaffe gemacht wird. Bald.in l.1.§.miles ff. de test.mil.

Wer so kühn ist/daß er einen Commissarium in der Musterung angreifft/ oder jhn mit worten oder der that beleydiget / der sol am Leben gestrafft werden/die vrsach setzt die glossa artic.75.in Holl. KriegsR. darzu / weil sie die Persohn des Feld Herrn/in dessen Nahmen sie jhr Ambt verwaltet / repræsentiren. Ein Capitain oder Soldat/der die Musterung zu thun weigert/sol cassirt werden. Holl. KriegsR. art. 68.

OBSERVATIO XIX.

Quis propriè hostis sit.

HOstes hi sunt, qui nobis aut quibus nos publicè bellum decreuimus, cæteri latrones ac prædones sunt l.118.ff.de V.S. vnd meritirt der jenige den Nahmen eines Feindes nicht/welcher sonder vorhergangene diffidation oder rechtmeßige ankündigung einen plötzlich mit Kriegsmacht überfelt/sondern ist vielmehr für einen Rauber zu achten/ist auch nicht / wann mann sich seiner bemächtigen kan/als ein Feindt/sondern als ein heimblicher Strauchmörder zu tractiren; Generali Baudisio ergò valdè exprobratum fuit,quòd Anno 1634.nihil hostile meruente Coloniâ, (cuius amicitiam & ambiuerat,& aliquatenus,si seruâsset, obtinuerat) eam hucusque velo amicitiæ tectus inuaserit.

Multo minus laudatur in Bethleno Gabriel, qui perfidum bellum aduersus Pientissimum Cæsarem Ferdinandum II. Anno 1619. Mense Iulio mouere incœperat , cum tamen strictissimis fœderibus ipsi vnitus erat. Cum enim larua deerat parandi exercitûs, fucum talem commentus est, vt armis,quæ in perniciem Hungariæ præparabantur,in subsidium se Ferdinandi vsurum simularet,siquidem pactorum memoriam sibi non effluxisse,adeoque non aliud magis opportunum tempus esse , quo dictorum conuentorumque fidem terrarum Orbi testatum redderet , Et si modò Ferdinando allubesceret,missurũ illicò multa millia. Interim cũ Palatino Friderico capitalissimo Ferdinandi hoste clandestinam vnionem inibat,

& magnis exercitibus Hungariam inundabat. Et ne tum quidem Hungari sinisterius quicquam suspicarentur, nouo nutantem Hungarorum fidem commento detersit. Destinatis, versipellis homo, ad Doczium Generalem Cassouiensem literis, Varadinum iter adornâsse se scribit, nec dubitare, varios de se ab inuidis spargi rumores, quasi in Hungariam aliquid moliturus. Cæterùm monere, imò rogare impensius, ne aures pateant maleuolorum sermonibus, nondum sibi excidisse, quid ex pactis, quid ex fide datâ Ferdinando debeat. His alijsque verborum lenocinijs prædictum Generalem demulsit, vt prorsus nihil ab illo metuendum sibi existimaret, donec tandem primum perfidiæ documentum ipse Doczius factus est. Et non semel eiusmodi subdolis artibus vsus, Ferdinandi candido animo sæpius offudit nebulas. Adeoque verißimum est, nihil homine fallacius esse, quippe tempestas minatur antequam surgat, crepant ædificia antequam corruant, prænuntiat fumus incendium, at homines suas vafrities tam callidè occultant, vt ægerrimè aliquis, quantumuis perspicacißimus, declinare ac euadere poßit.

OBSERVATIO XX.

Aduersus birrorarios, & viarum insidiatores quomodo procedendum: Welcher gestalt man gegen die Schnaphanen vnd Straßenräuber soll verfahren.

LIberam resistendi cunctis tribuimus facultatem, vt quicunque agros nocturnus vel diurnus populator inuaserit, aut itinera frequentata, die gewöhnliche Landstrassen insidijs aggreßionis obsederit, permissa cuicumque licentiâ, digno illicò supplicio subiugetur, ac mortem, quam minabatur, excipiat, & id quod intendebat, incurrat. Nam talibus obuiari tela oportet. l. 1. C. qn. liceat vnicuique sine iudice se vindicare. Cuncti enim aduersus latrones publicos ius sibi sciant pro quiete communi exercendæ publicæ vltionis indultum. l. 2. C. d. t. Liceat vnicuique aggressorem vel obsidentem vias impunè occidere. Si n. latrocinantem aliquis peremit, dubium non est, eum qui inferendæ cædis voluntate præcesserat, iure cæ-

sum, videri 2. L. 4. & 5. ad l. Cor. de sicar. Qui relictis militaribus castris se ad deprædationem vel latrocinium contulerint, seueritatem iudicis non euadant. l. 3. C. de desert. & occult. eor. Latrocinium simplex in Alemania inferiori punitur vltore gladio, nec non confiscatione bonorum, vt corpus decollatum imponatur rotæ, cui ex more adpenduntur amulos, commissi latrocinij testes. In Germania superiore tales grassatores publicè puniuntur confractione membrorum, h. c. in rotam subiguntur, vbi singula ipsorum membra magno cum cruciatu, confringuntur, & ita viui in rotâ relinquuntur, suâ sponte animam expiraturi in magnâ pœnâ & calamitate. Et ista consuetudo suum ortum habet ex l. 28. §. fin. ff. de pœn. vbi: Famosi latrones in his locis, vbi grassati sunt, furcâ figendos, (quod Neoterici Dd. pro rotâ accipiunt) vt & conspectu deterreantur alij ab ijsdem facinoribus, & solatio sit cognatis interemptorum, eodem loco pœna reddita, in quo latrones homicidia fecissent. Hoc crimen tam est detestabile & exosum vt nec loca sacra cæteris delinquentibus in asylum constituta, ijs pro publicas stratas obsidēt aggresionis incidijs patrocinari possint, sed in ijs latrones comprehendendi licitum sit. c. inter alia, 6. de immunit. Eccles. Et licet diebus feriatis omnis cognitio inhibita sit criminalium quæstionum. l. 6. & 7. C. de ferijs; attamen in punitionibus latronum nullum quadragesimæ tempus nec venerabilem Paschæ diem existiment iudices excipiendum, cum facillimè in hoc summi numinis speretur venia, per quod multorum salus & incolumitas procuratur. l. 10. C. d. t. nec latronibus permittitur expurgatis, vel ad aliud tribunal remisio, nec Iudex appellationi latronis deferre debet. d. c. inter alia extrà de imm. Eccles. Quisquis præterea sciens volensque latrones susceperit, eosque occultando offerre iudicibus supersederit, perinde puniatur, atque ipsemet latro. l. 1. C. de his qui latrones occult. & l. 1. ff. de recept. licet hoc in casu habeatur aliquo modo ratio cognationis. l. 2. ff. d. t. Das Holländische Kriegsrecht erkennet die jenigen Soldaten welche auff das Plündern vnd Rauben außlauffen/ würdig/ daß sie sollen gehenckt werden. Vide articul. 41. Keyser Maximiliani verfaste militarische gesätze in articul. 21. vermögen/ daß dergleichen Beuthmachers/ beuorab/ wann sie vber nacht von jhren Fähnlein bleiben/ an Leib vnd Leben gestrafft werden sollen. Keyser Caroli V. Peinliche Halßgerichts ordnung in articul. 13. sanciret, daß die schlechte Rauber sollen mit dem Schwerdt/ die aber so nicht allein Räuber sondern auch mordthat halber conuincirt/ mit dem Rad hingerichtet werden sollen in articul. 138.

OBSERVATIO XXI.

Literas hostium intercipere & aperire licitum.

LIcet regulariter alterius literas aperire & legere prohibitum sit, illa tamen prohibitio cessat in literis ab hostibus scriptis. Idcircò Cæsariani literas à Gustauo Adolpho Suecorum Rege ad Bethlenum Gabrielem destinatas arithmeticis quibusdam notis scriptas licitè aperuerunt. Quid enim ad toties rebellem, toties perfidum, à suscepto Rege nisi in perniciem Imperij scribi poterat? Atque hoc ipsum obscuritas literarum indicauit, nisi enim aliquid Imperio aduersum continuissent, candidis literis non notis scribi oportuisset, sed Cæsar satis sensum eruit, & qualiter erga imperium Suecus affectus sit, intellexit.

OBSERVATIO XXII.

Articuli militares arctant omnes indistinctè, quantumuis publicationi eorundem non interfuerint.

DAs Holländisch KriegsRecht in artic.82. confirmirt diese opinion/ vnd ob wol etliche Soldaten weren/die bey ablesung der Articuls-Brieffen nicht zugegen gewessen/sollen gleich wol als die/so sie angehört / daran verbunden seyn. K. M. A. artic 72. concordat ibi: Sollen zu vollziehung der Articulen nichts desto minder verpflichtet seyn / als wann sie Persöhnlich bey dem Schwören gewessen. Paria n. sunt scire vel supinè ignorare. Dissoluta, supina & Crassa ignoratio non excusat. l 55. ff. de ædil. edict. Dicitur autem supina ignorantia, quando quis ignorat id, quod facili negotio sciri potest, & homines vt plurimum sui ordinis sciunt & scire tenentur.

Iuxta statuta Canonum triplex est ignorantia, 1. Inuincibilis sine [illegible], quæ dicitur probabilis, quando quis ignorat, quod non potuit scire, vel si potuit, non tenetur scire 2. Affectata, qn. quis ignorat ea, quæ scire tenetur, vt liberius peccet, vel vt habeat causã excusationis, 3. Crassa seu supina de qua superius.

OBSER-

OBSERVATIO XXIII.

Von Assignation vnd außtheilung der Quartieren.

Qualis ordo in distributione hospitij obseruari, & quomodo hospitij partes iuxtà conuenientem Ordinem distribui debeant, luculenter statuit.

L. 2. C. de metat. & epidem. nim: Duas dominus propriæ domûs, tertia hospiti deputata, catenus intrepidus ac securus possideat portiones, vt in tres domo diuisa partes primam eligendi dominus facultatem, secundam hospes, tertia Domino relinquenda. Plenum enim æquitate & iustitia est, vt qui aut successione fruitur, aut emptione vel exstructione gaudet, electam suo iudicio partem teneat. Ergasteria verò quæ mercimonijs deputantur, ad prædictam diuisionis iniuriam non vocentur, sed sint quieta & libera, & ab omni hospitum iniuria defensata solis dominis conductoribusque deseruiant. præd. l.

Es sol aber ein jeder sich mit dem quartier welches jhm der Quartier-Meister oder Fohrier angewiesen hat/ begnügen lassen/ in massen solches das Holländisch Kriegsrecht artic. 57. K. M. A. art. 52. heilsamblich verordnet. Dahero die jenigen welche sich in eines anderen quartier eintringen vnd andere dergestalt turbiren/ ernstlich als vim publicā exercentes oder offentliche gewaltheter bestraffet werden sollen.

OBSERVATIO XXIV.

Ob die *Seruitien* in Rechten zulässig.

OLim interdictum erat intuitu Seruitiorum aliquid deposcere; per tot. tit. C. de Salgamo hospit. non præstando: ibi: Ne quis militum salgami nomine culcitras, lignum, oleum à suis extorqueant hospitibus, sed sint prouinciales ab hac præbitione securi; sed ista Lex in modernis bellis non obseruatur, Were aber zu wünschen/ daß es etliche bey angeben-

teren speciebus bewenden liessen/vnd nicht zugleich per abusiuam extensionem andere mehr sachen von jhren Patronen de Casa extorquirten, & hæc omnia sub specioso nomine & obtentu gewöhnlicher Seruitien. Sed quicquid fit de facto non de iure prouenit.

De iure nemo militum donatiui nomine à suis hospitibus aliquid extorquere attentet, nec vllo modo in eius familiam facultatesque desæuiat, eumque neque per directum vel indirectum damnificet, armaque, quibus contra hostes vtendum, in miseros & inermes colonos conuertat, sed adeò se inculpabiles, gerant, vt nullis dent ansam quærimoniarum. Nou.16.c.3. ferociã aduersus hostes, lege colonos beneuolentiam ostendant.l.1.fin.§.19. C. de præf.prætor. African.& l. 6. C. de Metat. & epidem. prospectum est, vt infausta hospitalitatis præbitio tolleretur, Cogitent, quòd sint Reipublicæ defensores, nihil ergô sibi insolenter, nihil indebitum vindicantes nominis sui tantum fungantur officio, subditos ab omni temeritate tueantur, vt id tantum, quod esse dicuntur, esse non desinant.l.5.C. de defens. ciuit. nec balneũ quidẽ à domino ædiũ postulet, sed omnes eiusmodi inquietudines à prouincialibus amoueri debent, nec adærationem aliquam pro hâc causâ profligari, duplo pœna violatoribus imminente.l.vnic.C.ne rei milit. Comit. vel tribun. lauacra præstentur. Sie dörffen die Seruitien nicht adæriren oder auff ein gewisses Geldt anschlagen.

OBSERVATIO XXV.

De Exactionibus Contributionum. Von denen *Executanten.*

EXecutores non debent pro lubitu per prouincias vagari, & concussionibus vti, sed sint omnes intenti ad Prouinciæ Rectorẽ, (sollen sich mit jhrẽ bey sich habendẽ Assignationen bey den Ambtern ã Rentmeister/ Vogt/ oder selbigẽ orths Obrigkeit anmelden, & cum & agant, illo insistente & disponente, l.1.C.de executorib.& exactoribus. Sollen die Repartition bey denen Beambten gesinnen; nec plus potestatis sibi arripiant, quam quod ijs iniunctum sit, & debent intra præscripti metas temporis ad præpositos remeare, eisq; suam efficaciam, & quid in tali instantia exactũ fuerit, quidue in

ae in debitis habeatur,& penes quos resederit, ostendere.l.3. C.d.t. Sie sollen jhren Officirern gebührlichen bericht erstatten/ was sie bey denen Contribuenten außgerichtet/ vnd an welchem orth der mangel nicht erfolgender zalung bestehe. Sollen sich mit jhren von der Generalität zugelegten deputat oder Dietgeldern begnügen lassen/vnd darüber die Contribuenten nicht beschweren/ Inmassen in den von Ihro Gnaden Herren General Commissario Frey Herren von Blumenthal ꝛc. 25. Aprilis Anno 1644. publicirten Diplomate weißlich verordnet / vnnd noch newlich von Ihrer Hoch-Gräff: Excellenz Herrn General Feldt Marschallen Grauen von Gleen in einem in truck absonderlich außgangenen Placat bekräfftiget worden sub Dato Cölln den 4. Ianuarij Anno 1645. daß keine Contribuenten vber dero taxa sollen grauirt, vielweniger wegē anderer schuldigkeit molestirt vnd zu deren zalung angestrengt werden sollen. Si enim compulsor arguitur in deprædatione conuictus, competentem pœnam subeat. l.3. C. de lucr. aduocat.

OBSERVATIO XXVI.

De annona militari ritè eroganda, Wie das *Commis* außzutheilen.

TEmpore Imperat. Constantini wurden die Soldaten ehrlich vnd reichlich mit aller zum Leibsvnderhalt behörigen nottursst versehen / prout videre est in l.1. C. de erog. milit. annon. Tempore enim expeditionis buccellatum Zweybacken, vinum atque acetum, lardum, carnem etiam vervecinam solebant successiuè alternis vicibus percipere, vnd wurde bey solcher außtheilung allezeit die Jahrs zeit in achtung genommen/ ità vt à Nouembri mense de nouello vino annona daretur, quoniam veteris dispendiosa videretur erogatio, Vnd war denen Prouiands verwaltern/ welche Opinatores oder Exactores militaris annonæ de Iure genent werden/ verbotten / vt nullum haberent cum prouincialibus commercium; sie durfften keine partiten spielen/vnd die Prouiandte verkauffen/ wie zu sehen in l.10. & 11. C. de erog. milit. annon. dannen hero damals die Prouiands verwaltere / ehe vnd zuuor jhnen dergleichen Commission anuertrawet / ernstlich beeydiget wurden/ prout patet ex l.16. C. d. t. ibi, eos, quibus cuiuslibet pręstationis com-

mittitur erogatio, inprimis iurare debere, pro iustitiæ ratione iniunctam sibi sollicitudinem peracturos, & sine vllo dolo & fraude singulis militibus numeraturos, quatenus vnusquisque sua competentia accipiat solatia. Dahero auch auff den Reichßtag zu Regenspurg Anno 1641. verabscheidet/ daß hinfüro vber das Prouiandtwessen getrewe vnd gewissenhaffte Leute bestellet/ die aber vber ihre pflicht handeln / anderen zum abschew gestraffet werden sollen/ in §. Anreichend die auffrichtung gewisser Magazin &c.

OBSERVATIO XXVII.

De annonarij præfecti cura & sollicitudine, warfür ein Prouiandtmeister sonderlich sorg tragen sol.

OMnia quæ in horreis habentur, expendi volumus, ita vt non prius ad recens frumentum extendatur expensio, quàm cetera condita fuerint erogata, & si fortè species ita corrupta est, vt per semet erogari sine querimonia non posit, eidem ex noua portione misceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non inferat. l. 1. C. de condict. in pub. horr. Deuotissimis enim militibus incorruptæ species præbeantur. l. 2. C. d. t.

OBSERVATIO XXVIII.

De speciarijs præstationibus annonarijs expeditionalib. non adærandis Daß man das *Commiss,* so in Feldt in *natura* zu lieffern *assignirt* wird/ in geldt zu bezalen sol/ nicht schuldig ist.

HÆc conclusio probatur ex l. 6. C. de erog milit. annon. Si perceptionem suam debitam studio voluerint protelare, id quod competenti tempore minimè percipere voluerint, fisci commodis vindicetur. & ex l. 7. C.

l.7.C.d.t.ibi: Nulli militum pro his annonis, quæ in prouinciâ delegantur, repudiatâ ad tempus specierum copia, & inopiæ occasione captata, pretia liceat postulare; ita vt si quis propter anni abundantiam suscipere oblata neglexerit, & posteà impositis pro necessitate rerum pretijs repudiata taxauerit, neque id, quod contrà legem expetit, sinatur exigere, neque id, quod accipere dissimulauerit, consequatur. Wann aber die Assignationes alternatiuæ seyn/daß entweder in natura das Cõmiß geliefert/oder zu Geldt angeschlagen werdẽ/auff solchen fall stehet allezeiten die option bey den Contribuenten, wie solches auch jederzeit bey den Keyserlichen Kriegsverpflegungen also obseruirt worden.

OBSERVATIO XXIX.

Immunitas ab onere suscipiendi hospites.

Licet alicui immunitas munerum publicorum simpliciter sit concessa, tamen per hoc non est immunis à muneribus patrimonialibus, vt est onus suscipiendi hospites. vt sũt milites armati, &c. nisi illud sibi specialiter vel lege esset indultum. l.3. C de munerib. patrim.

Erant autem ex legis concessione olim immunes ab onere recipiendi hospites.

1. Grammatici, worunter heutiges tags die Schulmeister verstanden werden/Philosophi, Oratores & Medici, vnd also ex identitate rationis alle Doctores, Professores, sie seyn von einer facultät, wie sie wollen/l. fin. § fin. ff. de munerib. & honorib.

2. Fabricensium domibus vbicunque constitutis omnes molestiæ hospitum amoueri debent. l.4. C. de metat. & epidem.

3. Deuotus possessor ab omni inquietudine liberari debet, imò licentia est indulta, eum qui præparandi gratia ad suam possessionem venerit, impune arcendi & expellendi, nec crimen aliquod pertimescat, cum sibi arbitrium vltionis suæ aduersus sacrilegum sciat esse concessum. l.5. C. d. t.

4. Clerici vacatione consimili gaudere debent. l.1. C. de episcop. & Cleric.

5. Ab infaustâ hospitalitatis præbitione securi erant Archiatri, Magistri literarum, nec non picturæ professores.

6. Consularem ac Patriciam si quis merebatur dignitatem, tres do-

mos proprias, dum supererat, habebat hospitum immunitate securas, hæredes verò eius duarum domorum suarum excusatione potiebantur. Si quis verò Consulatu tantummodò gloriabatur, duas domos suas immunes habebat, post fata verò eius hæredes vnam domum suam habebant nullis hospitijs prægrauatam. l. 10. C. d. t.

7. Quæstores domum suam habebant simili excusatione munitam.

8. Tribuni metatorum vacationem merebantur. l. 11. C. d. t.

In pacificatione Pragensi sancitum est, vt impositiones militares citra aduertentiam Religionis, ohn vnterscheidt der Religion/ siue statûs, æqualiter distribuantur; ita tamen vt Electorum, Principum ac Statuum Residentijs ac munitionibus, nec non Imperialibus Ciuitatibus Ius conuocandi habentibus parcatur, quæ contra præsidiorum fotis locatorum onera secundum proportionem compensabunt. §. instructiones etiam. in Tractatu Pacif. Pragens. Welches auch nachgehends in dem zu Regenspurg Anno 1641. auffgerichteten Reichsabscheidt in §: So viel nun/ rc. bekräfftiget daß der Churfürsten/ Fürsten vnnd Ständen Residentzen/ Stifft Schlösser vnd Vestungen/ wie auch dero hinterlassenen Wittiben/ Witthumbs Sitz/ vnd nicht allein/ wo Fürsten vnd Stände/ auch dero Wittiben in Persohn wohnen/ sondern auch wo sie ihre Regierung vnd Cantzeley haben/ Item die Clöster/ Prælaturen/ der Freyen Reichs Ritterschafft vnd andere Adeliche Häuser/ die Vniuersitäten vnd deren zugethanene aller würcklichen Einquartierung verschont seyn sollen, Jedoch daß sie dargegen die Einquartierung auffm Landt oder sonsten nach Proportion ersetzen sollen. Dieser §: aber hat seine klärliche angehengte limitation: nemblich/ wo keine Feindtsgefahr vorhanden/ sollen dergleichen orth allerdings verschont/ im widrigen aber/ da der Lauff deß Kriegs ein anders erfordern solte/ alsdann mit Ihr. Keys. Mayst. rc. oder der Generaln vorwissen/ nicht aber vmb eines jedwedern Officieres selbst eygenen gelegenheit willen belegt/ vnd durchauß nicht verstattet werden solle/ daß denselben die belegung dergleichen Schlösser vnd Häuser anheimb gestellet/ vnd dardurch den Ständen des Reichs der schuldige Respect benommen werde.

OBSER-

OBSERVATIO XXX.

De Collectis. Von steurn vnd *Contributionen.*

COllectæ aliæ sunt prouinciales, aliæ Imperiales. Si ergò aliquod priuilegium exemptionis alicui competat ad prouinciales restringendum, non ad Imperiales extendendum. Est enim immunitas odiosa tanquam exorbitans à regulis iuris communis, & ideò strictè intelligenda, nec temerè in consequentiam trahenda c. 28 de R. I. adeò, vt is qui de comitatu quodam sub clausula, freywilliglich ohne stewer / inuestitus, licet exemptus sit à præstatione Collectarum prouincialium, non tamen immunis erit ab onere Collectarum Imperialium ist zwar frey von denen Landstewren / nicht aber von denen Reichsstewren oder des H. Reichs anlagen. Schönbern Polit. c. 24. lib. 4. Et modernus rerum status ita comparatus est, vt nulla immunitas obtineat. Nam publicæ vtilitati sine dignitatis priuilegio obediendum. l. 1. C. de nauib. non excus. Et sicut olim à subsidio Turcico (von der Türcken steuer / nullus exemptus siue mediatè siue immediatè Imperio subiectus immunis erat, quod ex Constitutionibus & Decretis Imperij de Annis 1542. 1594. 1598. & 1603. latis planum est, vbi exempt oder nicht exempt, gefreyet oder nicht gefreyet / niemand außgenommen rc. Vnuerhindert aller verträge / Statuten, Obligationen, Præscriptionen, gewonheiten vnd herkommen / vnd wird es auch in dem Churfürstenthumb Cölln also gehalten / daß der Adelichen Morgen Landes deß vnadelichen gleich angeschlagen wird. Videatur cathastrum diœcesis Coloniensis. Quòd autem bellum modernum periculosius sit bello Turcico, ex sequenti Obseruatione patebit.

OBSERVATIO XXXI.

Moderna necessitas Imperij Romano-Germanici exuperat Turcicam.

1. PRopter concursum multorum potentissimorum hostium in ruinam & euersionem eius vnanimiter conspirantium.

2. Maioritas periculi exinde perspicua est, quòd moderni hostes multò tenaciores sui propositi, quàm Turcæ, plus exercitati & cordati. Quas, proh Deum! inuentiones ingeniosissimas modernum bellum non habet, quæ olim planè incognitæ fuerunt.

3. Hostes moderni hærent in ipsis Imperij visceribus, nullusque ferè reperitur angulus, vbi eius vestigia nō appareāt. Turca nondū ita penetrauit, sed plerunq; ipsius robur priusquā invaluerat, fractū & eneruatū fuit.

4. Itaquè periclitatur in moderno illo bello Suecico Catholica Religio, ac in Turcico. Si Sueci, (quod Deus auertat,) Victores euadant, nihil certius expectandum, quam totalis eiectio Catholicorum, & introductio Acatholicorum, als Einziehung der Clöster/abschaffung der Catholischer Priester/einführung der Vncatholischē/welches mā in der Schwedischē vnruh von Anno 1631. biß 1635 zu Franckfort Meynß/Würtzburg/Biberach vnd allen andern orthen/allwo die Schweden Dominiret/erfahren.

OBSERVATIO XXXII.

A Collectis vel Contributionibus exemptus.

ILle qui est ex priuilegio exemptus, & habet immunitatem à collectis, nō intelligitur exemptus à collectis, quæ imponuntur propter necessitatem instantem, & Principes possunt emergente tali necessitate subditis imponere subsidium charitatiuum. Ias. in l. principalibus ff. si cert. pet. Item generalis concessio immunitatis ab oneribus non extenditur ad casum superuenientis nouæ necessitatis propter guerram, fauore Reip. Alexand. in l si ex toto; ff. de legat. 1. Priuilegiatus tempore hostilium incursionum nullâ immunitate gaudere ac frui potest, quippe in tali priuilegio non censetur cogitatum de ea collecta, quæ ob exortum bellum venit imponenda, quippe priuilegium etiam amplum non extenditur ad incogitata. l. qui cum. ff. de transaction. Huc pertinet textus satis clarus in l. 1. vt nemini liceat ab empti specieb. se excusare. Vbi vrgente necessitate sc. belli nemo immunis est propter quodcunque priuilegium. Necessitas enim non habet legem, & ex illicito facit licitum. Vnde quotiescunque soli ciues bellicos sumptus tolerare nequeunt, tunc exempti etiam tenentur contribuere. Francisc de Aretio in l. si ex toto ff de legat. 1. Nemo igitur æqui bonique amans in communi malo, commune onus detrectabit. And. Alciatus no-

ſtræ ſententiæ ſuffragatur lib.1.de verb.S.vbi in hæc verba reſcribit, Priuilegia immunitatis quantumuis ampliſſimis verbis concepta ad tempus belli non porriguntur.

OBSERVATIO XXXIII.

Nullus cuiuſcunque dignitatis ſit, à neceſsitatibus bellicis de iure ciuili immunitatem prætendere poteſt.

DAß die Anſchläge bey vmbſetzung einer ſteur oder Contribution müſſen iugeratim & capitatim nach anzahl der Köpff oder Morgen Lands vermög gemeiner Rechten gemacht werden patet ex l.2. C. de immun. nem. Conced.ibi:pro numero iugerum & capitum, quæ poſſidere noſcuntur, dare cogantur, vnd können in dergleichen Kriegs neceſſitäten die immunitäten nicht füglich allegirt oder vorgeſchützt werden. Comparationi tranſuectionique ſpecierum ad neceſſitates ſeu expeditiones bellicas vniuerſi ſine vllo priuilegio coarctentur,nec vllus ſub quopiam priuilegij velamento ceſſare debet,ſed cum tempus exegerit, huiuſmodi collationi ſuccumbant,vt non tantum idoneus,(nicht allein die haabſeligen) verum vniuerſi pro portione ſuæ poſſeſsionis iugationiſque ad hæc munia coarctentur,& à ſummis ſarcina ad infimos vſq; decurrat.l.1.C.de quib.mun.vel præſtat. nem.lic.ſe excuſ.Daß keiner er ſey wer er wolle von der Keyſerlichen Kriegs verpflegung zufuhr vnd beſtellung vnterm ſchein vnd vorwandt eines Priuilegij befreyet ſeyn kan/verum tenetur pauper æquè ac diues pro modo poſſeſsionum.

OBSERVATIO XXXIV.

Von dem Römerzug.

NVllus eximitur im Römerzug/Ita ſancitum in dem Reichsabſchiedt de Anno 1548.§. Wiewol nun: Derowegen eine jede Obrigkeit macht haben ſol/ſeine Vnterthanen Geiſt.vnd Weltliche / exempt oder nicht exempt/gefreyet oder nicht gefreyet/mit ſtewer zu belegen.Römerzug vocatur/

wann die Teutschen einen König kiesen / vnd der nach Rom ziehet zu der weyhung/so sind pflichtig 6. Churfürsten mit jhm zu ziehen. Auch sol ein jeglicher/der ein Reichslehngut von seinem Herrn zu Lehn trägt/mit ziehen/oder sol den zug redimiren mit dem zehenden theil des zinses / den er Jährlich von jhm hat. Schneidevvin in epi.feud.part.5.n.114.

OBSERVATIO XXXV.

Missionum Differentia. Die Beurlaubung oder *Exauctoration* im Krieg ist mancherley.

MIssionum generales tres sunt causæ. 1. Honesta, quæ tempore militiæ impleto datur, seu quam emeritis stipendijs Dux belli indulget. l.2.§.2.ff.de his qui not.infam. Wan das Regiment reformirt vnd abgedancket wird/oder wā einer sonstē seines avancements oder andern reputirlichē vrsachē halber seinē abscheidt erlangt/tūc tales dicūtur honestè missi. Alhier wird nicht ohn billich gefragt wā es sich zuträgt/(in massen bey den jetzigē Kriegen vielfeltig geschicht/) daß ein Regiment totaliter ruinirt wird/dessen Fähnlein vñ Stādarten/ warzu ein Soldat geschworen/verlohren/vnd vom Feindt erobert worden/ ob ein Soldat dardurch seiner pflicht ledig vnd loß zu sprechen/vñ seines vorigē engagements erlassen sey? Hæc quæstio hodiernis tēporibus frequētissimè occurrirt, idcircò meā opinionē subijcere placuit. nim: Distingu. Dafern ein Obrister oder Officirer sein Regiment oder Compagney suchet wiederumb zu recolligiren/vnd Newe Fändel auffzurichten/ alsdann ist ein Soldat schuldig bey seinem alten Regiment sich wieder einzustellen/nam tali casu legio iure postliminij fingitur, quasi nunquam ruinam passa esset, sed omnia iura recuperat, perinde ac nunquam amisisset. arg.l.5.ff.de capt.& postlim. reuers. bevorab, si Officiarius ad luitionem & lytri præstationem se offerat, wann Er für die gefangenen Soldaten die Ranzon bezahlet/tunc milites qualescunque sint in pristina manent obligatione. Wann aber die Soldaten von jhren Officieren gleichsamb pro derelictis gehalten werden/auch keine Mittel zu recroutirung des Regiments vorhanden/vnd ein Soldat bey seinem vorgesetzten Officierer sich entweder schrifftlich oder mündlich insinuiret, sein entretenement gesucht/ aber nicht erhalten können/auff solchen fall ist meine einfältige Meynung/ quia nemo

de

de vento viuere potest, daß ein solcher Soldat nicht zu verdencken/ wann er sich in anderwertige/jedoch seinen vorigen gehabten Feldt Herren nicht repugnirende Kriegsdienste begeben vnd eingelassen. Necessitas enim non habet legem, & facit licitum, quod aliàs illicitum est.

2. Causaria missio est, cum aliquis ob corporis vitium tanquam minus idoneus dimittitur. l. 3. §. 3. ff. de his qui not. infam. Causaria missus autem nulla existimationis macula aspergitur. l. 8. C. de R. M. wann einer alls zu Kräncklich / vnd Herren dienste zu verrichten nicht bequemb oder capabel ist.

3. Ignominiosa, cum quis propter delictum Sacramento soluitur. l. 13. §. 5. ff. de R. M. Wann einer mit schimpff vom Regiment verjagt wird. Et tales milites, qui ignominia missi sunt, cum infamia notentur, nullis honoribus, qui integræ dignitatis hominibus deferri solent, vti possunt. Habeant autem morandi, vbi velint potestatem, præterquam in ijs locis, quibus specialiter argueantur l. 3. C. de R. M.

OBSERVATIO XXXVI.

De commeatu.

Commeatus hoc loco accipitur pro licentiâ quem dat præpositus inferiori eundi quo velit, ad præscriptum diem reuersuro. Si ad diem commeatus non veniat, perinde in eum statuendum est, ac si emansisset, aut deseruisset, facta prius docendi copia, nunc forte casibus quibusdam detentus sit (puta hostibus aut aquis interclusus) propter quos venia dignus sit. l 3. §. 7. ff. de R. M. qui per prolixum tempus vagatus regreditur, emansor, qui autem reducitur, desertor est. l. 3. ff de R. M. §. 2. & 3. Qui commeatus spatium excesit, emansoris vel desertoris loco habendus est, habetur tamen ratio dierum, quibus tardius reuersus item temporis nauigationis vel itineris, & si se probat valetudine impeditum vel latronibus detentum similiue casu moram passum. l 14. ff. de R. M. Si quis sine commeatu (ohne Paß vnd verlaubnuß) sed arbitratu proprio annum in penatibus proprijs vel in quibuslibet locis desidiosa quiete transegerit, gradu deijcitur. l. 3. C. de commeatu. Non autem debent præpositi tempore expeditionis, quo hostium impressiones seu incursiones imminet,

wann

wann Feindsgefahr vorhanden cuiquam de militibus à signis discedendi commeatum dare.l.1 C.d.t. Sed potius milites in castris contineant, & parcissimè commeatum concedant.l.12.ff.de R.M.

OBSERVATIO XXXVII.

DE AMNISTIA.

INterdum plus clementia quam sæuitia proficit, Medici rarissimè sectiones & ignes adhibent, ne ipsa vid. vitia Corporis magis exasperent, pleraque lenibus medicamentis molliunt ac sanant. Sic sermo lenis omnem fremitum laxat, contra asper remissum etiam ad iram concitat, venia data ferocem etiam quemque placat, supplicium vel mitissimos animos exulcerat, violentæ enim actiones, quantumuis iustisimæ, irritant, mansuetæ placant, ideoque facilius persuadendo quispiam, quàm cogendo eò adducitur, vt vel grauisima subeat.

O saluberrimam Amnistiam! Tu tranquillitatis indagatrix, tutrix, conseruatrix, expultrix armorum, turbarum, coniurationum, exulcerationum, diffidentiarum, Tu inuentrix felicitatis, Tu mater salutis.

Sed obi. Est qui ex Amnestia præuaricandi ansam elicit, quasi sontium impunitas concessa incentiuum esset delictorum, & quòd aliqui exemplo perdonatorum excitati redderentur ad præuaricandum proniores; quòd sicut Princeps vel fiscus ratione sui Interesse non adstingitur ad partium transactionem; Ita vice versa priuati læsi vel damnificati abolitioni vel Amnistiæ, qua delicta in ipsorum præiudicium velut absorbentur ac perimuntur, nequeant alligari. Sed Respondetur quòd nos hic non agimus de priuata seu singulari amnestia seu abolitione, qu. iniuria per dissimulationem aut præscriptionem temporis vel lapsum perimitur, quæ licet callum obducat, lubrica tamen sit, & fauillas diffidentiæ foueat, sed de illa publica ac vniuersali amnestia, quæ boni publici intuitu omni modò omnium præteritarum offensarum obliuionem plenariã inducit. Amnistia enim alia est plena seu vniuersalis; alia semiplena seu personalis prior facit, vt subditi inuiti ab omni actione ciuili, & criminali exclusi pacis obtinendæ gratia, iniurias & damna tempore belli illata, suique deque habere ac æquo animo ferre & deglutire debeant.

Von dieser Amnisti handlen weitleuffig die meisten vnnd fürnembsten para-

paragraphi in dem Pragerischen Friedenschluß ferè per totum. Videatur etiam Insignis Tractatus de hac materia ICti Herthusiani per totum.

OBSERVATIO XXXVIII.

De militum delectu.

Allhier erinnere ich mich eines in Holläd gebräuchlichē sprichworts/ob einer geraset habe oder noch rasen wolle. Dann die ersten bey jhnen in höherer æstime als die letzen gehalten werden/gestalt sie der gleichen Persohnen jhre Töchter nicht leichtlich zu verweigern pflegen. Dahero auch die erfahrung bezeuget / daß dieienigen offtmals die besten vnd verstendigsten Soldaten gegeben / welche die Hörner in jhrer jugendt in etwas abgelauffen. Nihil namque officiunt pristina peccata, si superueniens vitæ rectitudo labē vitæ prioris aboleuerit, & obliterauerit Horologi. Princip. lib. 3. c. 24. Euenit n. nōnunquam, vt ex illis, qui in iuuenta paulò ferociores & petulantiores fuere, tractu temporis egregij viri (sanguine feruidiori annis diminuto) euadant Hœnon. Polit. p. 175. Vnde Gueuara in Horolog. Princip. all. leg. loc. inquit: Ab eo, qui in iuuentute planè fuit mundo deditus, maturius proficiscitur interdum consilium. Nemo enim desperandus, dum in hoc corpore constitutus est, quia nonnunquam quod diffidentiâ ætatis differtur, consilio maturiore perficitur, c. 11. c. 32. q. 2. Multi n. qui in primâ ætate omni iudicio damnati postmodum laudabiles extiterunt. Lactantius. lib. de Ira Dei c. 22.

OBSERVATIO XXXIX.

De desertione, von Außreissen.

NOn omnes desertores similiter puniendi sunt, sed habetur ordinis & stipendiorum ratio, gradus militiæ & anteactæ vitæ, sed & numerus, si solus vel cum altero, vel cum pluribus deserũit, aliudque crimen desertioni adiunxerit, puta adgressuram seu abigeatũ &c. item temporis, quo in desertione fuerit, sed & si fuerit vltrò reuersus, non cum necessitudine, non erit eiusdem sortis. l. 5. ff. de R. M.

Examinari autem debent semper causæ emansionis, & cur & vbi fuerit, &

rit, & quid egerit, & datur veniæ valetudini, affectioni parentium & affinium, vel si qua huiusmodi causa sit, sed & ignoranti adhuc disciplinam tironi ignoscitur. l. 4. §. fin. ff. d. R. M.

OBSERVATIO XL.

De desertorum occultatoribus.

SI quis desertorem agro tectoue susceperit, atque apud se diu passus fuerit delitescere, Wann er einem außgerissenen eine geraume zeit vnterschleiff gegeben/ Dominus loci, si huius rei conscius fuerit, amissione prædij, in quo latuerit desertor, puniatur. Si quis autem desertorem prodiderit, mediocris loci ingenuus immunitate potiatur. Desertor autem habebitur, quisquis belli tempore abfuisse & militaribus stipendijs degenerem latebram præbuisse monstratur, l. 1. C. de desertoribus & occultatorib. eorum, Dann das sind die rechten Ehr/ vnd Eydtuergessene Schelmen / wann sie/ da man jhrer am nötigsten bedarff / vnnd sie gegen den Feindt employren wolte/ außweichen / vnd also schandloßer weiß dem FeldtHerren vmb das geldt betriegen.

OBSERVATIO XLI.

De pœna desertionis.

DIfferentia est inter desertorem citò & sponte ad sua signa reuertentem, & morosè pertinaciterque emanentem, & inuoluntariè coactèque ad illa retractum. Nam qui sponte procesit, der sich gutwillig wieder einstellet/ peccati anterioris supplicum non timebit. Qui verò flagitiosâ ignauiâ delitescat, vbicunque correptus fuerit, wo er ertappet wirdt/ seueritati iudicis offeratur, degeneris mortis gladium subiturus. Si autem desertores inuenti resistendum atque armis oppugnandum putauerint, tanquam rebelles in ipsis temeritatis suæ conatibus opprimantur. Et iudices sollicitè disquirant, ne falsis diplomatibus, mit falschen Paßzettulen/ desertionis crimen defendere moliantur, nec commentitijs epistolis euadendi habeant facultatem. l. 1. & 2. C. de desertorib. & occult. eor.

Die

Die löblichen von Keyser Maximiliano verfaßten Militarischen gesetze in articulo 11. verordnen/daß welcher nach empfangenem Geldt ohne Erlaubnuß entweicht/sol offentlich zum Schelmen gemacht/ vnnd jederman Preiß gegeben werden/vnd wann er betretten würde/an Leib vnnd Leben gestrafft werden. Das Holländische Kriegsrecht in articul. 16. spricht dergleichen gesellen gleichfals das leben kurtz vnd rund ab. Et tales desertores impunè à quolibet occiduntur, Sie sind Vogelfrey / vnnd wer solche Feldflüchtigen darüber zu todt schlagen würde/sol keine straff verwürckt/sondern grossen danck darzu verdient haben. K.M.A.art.22.

OBSERVATIO XLII.

De Proditoribus.

Ex multis & varijs capitibus Proditoria macula & nota inuri alicui potest; prout ex pauculis subiectis patebit.

1. SI aliquis ad hostes perfugit,& exercitum deseruit, wann einer zum Feindt vberläufft l.2.ff.ad L.Iul.Majest.

2. Qui vrbem, Castellum seu munitionem tenuerit, & absque vrgentissimis causis hosti concesserit l.3.ff.d.t.
Wan einer eine jhme anuertraute Vestung ohne hochtringende eusserste noth dem Feind vbergiebt.

3. Cuius dolo malo exercitus in insidias deductus sit, hostibusque proditus sit. Wann einer auff vorhergangene mit dem Feindt gemachte intelligentz die Armada an des Feindes gewalt einliefert.l.4.ff.d.t.

4. Cuius dolo factũ quo minus hostes in potestatem nostram venerit, & subacti fuerint d.l.4.d.t. Wann man zeit vnd occasion/wardurch man sich des Feinds bemächtigen hette können/fürsetzlicher weiß verabsaumet.

5. Cuius dolo malo hostes commeatu, armis, telis, equis, pecuniâ, aliaue re adiuti erunt, Wann man dem Feindt allerhand notturfft/ohngehindert zu führen läßt/ist ein zeichen eines gefährlichen tradiments l.4.d t.

6. Qui hostes concitauerit i. hostes ex amicis fecerit, Wann einer seinem Principal vnnötige Feindschafft bey anderwertigen Potentaten erwecket.l.3.ff.d.t.

7. Qui milites ad seditionem seu tumultum sollicitauerit, l. 1. ff. d. t.

8. Qui hostibus literas miserit, signumque dederit, Welcher mit dem Feind gefährliche correspondenz gebrauchet. l. 1 ff. d. t.

Summatim perduellionis reus, est qui hostili animo aduersus suũ principem animatus aliquid contrà securitatem seu tranquillitatem Reipublicæ molitur seu machinatur, l. 1. ff. ad L. Iul. Majest.

OBSERVATIO XLIII.

Transfuga maiorem pœnam meretur, quàm desertor.

SO einer zum Feinde vberlaufft/ der sol des Todes ohne einige gnad sterben. Vide Holländisch Kriegs Recht articul. 55 Concordat l. 3. §. 10. l. 7. ff. de re Militari. Ibi capitalis pœna in tales statuta est. Transfuga autem est, qui malo consilio & proditoris animo patriam & exercitum relinquit. l. 19. §. 4. ff. de capt. & postl. reuers. Pro transfuga etiam habetur, qui captus ab hostibus, cum redire poterat, non redijt l. 5. §. 5. ff. de R. M. Transfugas licet, vbicunq; inuenti fuerint, tanquã hostes interficere. l. 3. §. 6. ff. ad L. Corn. de Sicar.

OBSERVATIO XLIV.

Nullus Capitaneus alterius milites corrumpere & ad defectionem instigare, & deficientes per subministrationem alimentorũ fouere, & suum incrementum cum alterius iactura satagere debet.

Es sol kein Officier dem andern seine Soldaten *debouch*iren.

DAs Holländisch Kriegsrecht verordnet in articul. 56. daß kein Capitain einem andern die Knechte bey Lebensstraff nicht verführen noch abwendig

dig machen solle. Concordat K.M.A.art.69. Es sol kein Hauptman dem andern seine bestelte Knechte/ohne des andern wissen vnd willen nicht annehmen/noch keiner dem andern sein gesind abspannen.

OBSERVATIO XLV.

Si vnus siue sit Officialis siue vulgaris miles, aliquid committat, vnde ipsius existimatio lædatur, licet posteà gratiam à suo præposito obtineat, macula tamen inusta non per hoc extinguitur.

TExtus est clarus & apertus in l.3 C.de generali abolitione. ibi: Indulgentia, quos liberat notat, nec infamiam criminis tollit, sed pœnæ gratiam facit. Ob ein solcher Delinquent gleich perdonirt wird/so bleibt jhm doch der schandtflecken anhencken. e.g. Wann einer in einem vnparteischen Kriegsrecht durch rechtmessiges Vrtheil entweder ad vltimum supplicium vel ad ignominiosam missionem, daß er mit Schimpff vom Regiment abgewiessen/oder mit einem Schelm darvon gejagt/ oder ad aliam famosam & infamiam irrogantem pœnam condemnirt wird / oder schon nachgehends perdon erlangt/so kan er doch hierdurch seine verlohrn Ehr nicht wider recuperiren. Nec obstat l.6.§ 3.ff. de his qui not. infamiâ, ibi: inhumanum est, vt, qui precibus impetrauit, ne secum ageretur notari debeat, nec veniæ ratio habeatur. Dan dieser Lex dergestalt zu verstehen/wann ein delinquent adhuc re integrâ, ehe es zum Vrthel vnd Recht gelangt/perdon außwürckt/so kan er seine Ehr zwar etlicher massen ab infamiâ juris schwerlich aber ab infamiâ facti saluiren. Eius tamen opinio apud cordatos viros nihilominus erit grauata, Er muß doch etwas von seiner guten renommée im stich lassen. Et hæc infamia facti alia grauior est, alia leuior, prout est grauis & leuis causa, ex quâ resultat & ortum habet. Wesenb. paratit sub tit. de his qui not. infam.

OBSERVATIO XLVI.

Delicta quæ nobiles à torneamentis seu hastiludiis excludunt, Wordurch sie zu dem Adelichen Ritterspielen vnd versamblung vnwürdig erachtet werden/ bestehen in nachfolgenden *Conditionen.*

HEinricus Dux Saxoniæ, electus Romanorum Rex circà annum Christi 934. Nobilitati certos articulos præscripsit, secundum quos viuere necesse habebant, quos articulos numero duodecim hic subijcere volui.

1. Quicunque ex Nobilibus aliquid egerit aut dixerit contra Sanctam fidem, nostram arceatur à Torneamento, & si prætextu Nobilitatis Maiorum suorum præsumpserit torneamenti ludum, percussus confundatur.

2. Excludatur à torneamento, quicunque nobilibus ortus parentibus aliquid machinatus fuerit contrà Sacrum Romanum Imperium, & Cæsaream Majestatem.

3. Quicunque Dominum suum prodit, aut fugiendo illum deserit, aut fugam, necessitate non vrgente, in exercitu mouet.

4. Quicunque virgines aut mulieres violasse seu stuprasse conuincitur.

5. Quicunque deprehensus fuerit corrupisse sigillum aut violasse iuramentum; aut qui declaratus fuerit infamis, aut pro tali habitus, is ceu indignus torneamentum non ingrediatur: si ingressus fuerit, impunis non egrediatur.

6. Quicunque consortem lecti secretò aut apertè interfecerit.

7. Quicunque Ecclesias, sacella, viduas aut pupillus spoliauerit.

8. Quicunque contrà aduersarium suum legitimo ordine causam suam non exequitur, sed rapinis aut incendio lædit, & qui pro publico raptore declaratus fuerit, in torneamento non appareat.

9. Quicunque nobilitatem & insignia ex quatuor auis paternis & mater-

maternis non probare potest, nullo pacto torneamento interesse potest.

10. Quicunque non ducit vitam Nobili homine dignam, viuendo sc. ex censibus & reditibus feudorum hæreditariorum, aut feudorum ob ministerium concessorum, aut victitando ex militari stipendio, aut donatiuo sibi ob sua merita à Principe designato; sed miscet se commercijs negotiatorum seu campsorum, aut emit, quæ rursum carius vendat, aut alijs vtitur malis artibus quibus contemptibilem reddit nobilitatem, is sine verberibus ingredi nequit chorum torneamenti. Vid. Matth. Stephan. in Tr. de Nobilit p. 54. & Mynsterum in lib. 3. Cosmograph. Concordat. l. 3. C. de Commercijs & negotiationib.

11. Quicunque in Imperio innouationes aliquas facere, aut alia grauamina imponere præsumpserit, præter ea, quæ ab antiquis temporibus in vsu habentur, & ita commercia impediat, torneamento indignus sit.

Es muß einer vom Vatter vnd Mutter vnd deroselben Groß vnd Elter Vatter/auch Groß vnd Elter Mutter von alters her ererbtes Helm vnnd Schildt auffzulagen haben/ vel, daß einer seine acht Ahnen zum wenigsten erweissen kan. Quæ consuetudo Germaniæ etiam in Ecclesiasticis Collegijs Capitularium, præsertim superioribus, auff den Hohen Thumstifften strictè obseruatur, vt non solum non nisi Principes, Comites, Nobiles, sed etiam non nisi perfectissimi sint, in ijs admittantur, nim: octo generationes nobilium ex vtroque latere sine defectu nobilitatis, probare tenentur. Müssen vollbürtige Rittersleute seyn / welche jhre Ahnen deduciren können.

At de iure Canonico nulla habetur ratio in eiusmodi Collegijs. Non enim multos secundum carnem nobiles ac potentes elegit, eò quòd non est personarum acceptio apud ipsum. c. 37. de præbend. Proinde nec valere consuetudinem vt videlicet non nisi Nobiles recipiantur in Canonicos per d. c tenet Tiraquell. c. 20. n. 18.

OBSERVATIO XLVII.

Si quis Regimini à Principe præficiatur, Wann einer ein Obrister/ ObristL: Obr. Wachtmeister/ Rittmeister

meister oder Hauptman wird / *eum satis nobilitari tacitè videri tenet. Tiraquell. c. 8. n. 15.*

LIcet sola militia per se & simpliciter non conferat nobilitatem patet ex eo, quod etiam serui ad militiam aspirare possint. l. duob. de T. M. at serui ad dignitatem aspirare prohibentur l. vn. C. ad L. viscell. deinde constat infames à dignitatibus repelli. l. in famis. C. de decurionib. Infamis autem miles esse potest; Damnatus enim de crimine publico fit infamis, l. infamem de publ. iudic. non tamen desinit esse miles. l. si quis. ff. de iniust. rupt. & irrit. test; So sind doch die allegirten leges allein de militibus gregarijs von den gemeinen Soldaten zu verstehen / vnd kan einem Officier Maieur keines wegs der Adeliche titul vnd Respect entzogen vnd vorenthalten werden / prout etiam videmus in praxi ita obseruari, daß dieselben ebenmessig / ac illi qui à natalibus nobiles sint, Wol Edle vnd Gestrenge genant werden. propter præsumptam concedentis notitiam quòd veras & sufficientes causas nobilitatis in tali perspexerit, & tanto honore dignum iudicauerit. Licet illi in signum præeminentioris splendoris annectiren Wol-Edelgeborne rc.

OBSERVATIO LVIII.

De Lixis & sarcinis, vom Troß vnd Pagagi.

CAlones & sarcinæ, nisi ad vsum necessariæ amputandæ sunt. Der übrige Troß vnd Pagagi sol bey einer wolbestelten Armada abgeschafft vnd cassirt werden. Dahero auch in den Keyserlichen Articulsbrieffen verordnet / daß ein jeder Soldat seinen Troß oder anhang / absonderlich die vnerbaren Weiber (die Eheweiber doch hierunter nicht verstehend) bey verlust seiner Ehren abschaffen solle Vide in Keyser Maximiliani Articulsbrieffen articul. 68. zu welchē Endt dann Jhre Hoch Ertzhertzogliche Durchl. Leopoldt Wilhelm / als sie für ohngefehr 4. Jahren das Gouuerno eines Generalissimi bey der Keyserlichē Haupt Armada angetrettē / für allen dingē durch den bey sich gehabten Vicarium Generalem ein ernstliches edict in dem Läger für Salfeldt publiciren lassen / daß hinfüro keine vneheliche Weiber oder Concubinen bey dero Hochlöblichē Armée toleriret, entweder per subsequens matrimonium

monium legitimiret vnd zur Ehe genommen/oder aber von der Armée abgeschafft vnd relegirt werden solten; Welche heilsame verordnung auch so viel damals fruchtbarlich operiret, daß bey 3000. Concubinen oder putatiuæ vxores geehelicht/die übrigen aber/welche in der anzahl bey 6000. dem bericht nach gewessen/von der Armée verjagt vnd durch den General Profoß auß dem Läger außgewissen worden.

Periculosum enim est notoria scelera in exercitu tolerare, hoc probatur ex libro Iosue. c.7. vbi filij Israël missi à Iosue ad demoliendum vrbem Hai, in fugam conuersi sunt, idque factum propter sacrilegium & præuaricationem vnius Acham, qui aliquid furatus fuerat de Anathemate. Nam Deus Iosuæ expresse dixit: Non ero vobiscum, nisi exturbetis & conteratis eum qui huius sceleris reus est. sicut quando Deus nobiscum est, fœliciter pugnamus, & prosperè omnia succedunt: ita quando nobis aduersatur & elongatur à nobis, omnes vires humanæ deficiunt & stragem patimur. vide Binsfeld, in Tr. de iniur. & damno dat. p. 530.

OBSERVATIO XLVIIII.

Nullus miles relicto ordine sarcinis & calonibus se immisceat.

DIeses verordnet der 67. articul in Keyser Maximiliani löblich verfaßseten Kriegsgesatzen: ibi: Es sol sich keiner zum Troß zugehen anmassen / er sey dann mit Leibsschwachheit beladen; solche Kranckheit aber muß nicht affectirt seyn/dann ein solcher/ vermög der gemeinen Rechten/qui metu hostium languorem simulauit æquiparatur proditori & capitis pœnas luit. l. 6. §. 5. ff. de re milit. Item concordat articul. 12. Es sol keiner im zug auß der Ordnung gehen/er habe dann merckliche vnd erhebliche vrsachen anzuzeigen. Hiemit stimmet überein der 25. articul in dem Holländischen Kriegsrecht: Wer ausserhalb einer mercklichen Kranckheit sich vnter den Troß vnd Pagagi, oder auff die Wägen begiebt/sol in voller versamblung der Compagni außgezogen/vnd ohne geldt vnd Paßport auß der Compagni außgemustert werden. Die alten Römer pflegten die Soldaten / wann sie etwas verwürckt/so nicht capital ware/mit dieser straff zu belegen/ daß sie musten eine zeitlang bey dem Troß bleiben/also daß sie zu den Troppen nicht kommn

 dorfften

dorften/vnd dieses wurde für eine grosse schandt gehalten/inmassen die art zu straffen bey etlichen Keyserlichen Regimenten/sonderlich vnter der Cavalleria noch heutigs tag in observantz/wann einer eine gewisse zeit in eissen vnd Banden hinter dem Regiment zu fuß marschiren muß.

OBSERVATIO L.

De foro competenti militum.

MIlites forum sortiuntur competens apud iudices militares. Nam sicut viri illustres, Comites & magistri peditum & equitum in prouinciales nullam penitùs habeant potestatem, ita nec amplissima præfectura in militares viros. l. 1. C. de offic. magist. milit. Fori tamen præscriptione vti prohibentur, coramque Ordinario loci tanquam pagani conueniuntur, si pro functionibus debitisque publicis in iudicium vocentur. l. vn. C. in quib. caus. milit. fori præscript. vti non poss. vel priuatis negotiationibus & mercimonijs occupentur, wann sie sich mehr der Schacherey als der Kriegsübung oder anderer Ritterlicher thaten befleissigen. nec armatâ militia præditi sint, Wann sie nicht in würcklichen diensten begrieffen: nisi fortè commeatum ad rem propriam componendam, tum: vnius anni inducias ostenderint se accepisse. Es were dann sach/daß sie einen Paß köndten vorzeigen / vnd dardurch Ihre Persohn legitimiren. Hiemit stimmet überein der in dem zu Regenspurg Anno 1641. auffgerichteten Reichs abscheidt befindliche §. wir haben vns &c. allwo zu desto mehrer haltung guter disciplin einhelliglich beschlossen/daß wann der Delinquent über 3. Meyl wegs von seinem quartier in flagranti crimine, auff frischer that in straffmessigen verbrechen ergrieffen wird/ vnd der Officierer gnugsame versicherung thut/die Iustitiam zu administriren/daß als dann der übelthäter denselben abgefolgt/wiedriges falß aber die Stände nicht allein die verhafftung vorzunehmen/sondern auch mit Rechtlichem process zu verfahren/ vnd alsdann nicht weniger die Execution vorzunehmen macht haben sollen / zu welchem process gleichwol sie den Nächsten Commendanten/wann der Officierer, zu dessen Regiment der straffmässig gehörig/über 3. Meylen von der stelle/ erfordern/vnd jhme/daß er dem Rechten beywohne/frey stehen solle/ wann aber ein Soldat/so eine Entreprinse zu verrichten verschicket / etwas verbrechen thäte/derselbe sol seinem Regiment (ohnangesehen selbiger in der nähe

begrief-

begriffen oder nicht) immediatè zur bestraffung zugeschickt werden. Concordat l. 9. ff de custod. & exhib. reorum. ibi: Milites, si quid deliquerunt, ad eum remitti debent, sub quo militant.

OBSERVATIO LI.

Dissensiones inter Confœderatos sunt periculosissimæ.

VT adamas si frangi contingat malleis, in minutissimas dissilit crustas, adeò vt vix oculis cerni queant: Ita arctissima necessitudo, si quando contingat dirimi, in summam vertitur simultatem, & ex arctissimis fœderibus, si semel rumpantur, maxima nascuntur dissidia. Et vt rupta semel Cristallina, humano nullo artificio, vt ante, iunguntur in vnum; Aequè discordiâ diuisi & diuulsi animi, nec Reipublicæ damno, adeoque nec ipsa morte coalescunt in vnum. Welches man seithero des getroffenen Pragerischen Friedenschlusses an der Cron Schweden vnd Chur Sachssen wol erfahren/ vnd hat es das gute Landt von Meissen biß auff diese stunde wol mit Blutigen zähren zu beweinen/ ita vt verissimum sit, eos, qui violento affectu odioque semel correpti sunt, perquam difficile sit reconciliare. Nou. 140. in præfat.

OBSERVATIO LII.

Vnde metiendum sit hostis robur, an ex multitudine magis quàm ex virtute; Worauß eines Feyndes macht eigentlich zu erkennen vnd a stimiren sey?

NOn semper consultum copiosum exercitum habere, qui interdum magis propriâ multitudine, quàm hostium virtute deprimitur. In omni conflictu non tam prodest multitudo, quàm virtus. Veget. lib. 1. c. 8. Nam amplior multitudo pluribus casibus subiacet. Veget. lib. 3. c. 1. Wel-

ches man bey vnsern jetzigen Kriegen offtmals erfahren / in deme offt eine grosse vnd in viele 1000: wolmunierter Menschen bestandene macht/womit man wol den Groß Türcken vnnd alle Mahometische Adhærenten hette subiugiren können; in sich selbst consumirt vnnd dergestalt annihilirt worden/daß von 1000. kaum 100. (ohnangesehen der Feynd hierzu keinen Schwerdtsstreich gebrauchet) vbrig verblieben. Vnd ist dahero in dem Pragerischen Friedenschluß in §. Weil aber / heilsamblich verordnet / daß die Käyserliche vnd Reichs Armaden (so viel immer möglich / vnd die mit vielen Feynden vmbgebene Reichs bewandnuß zulässet) in eine geringere anzahl reducirt werden / also daß dieselben in vnterschiedenen Corporibus der gefahr adæquirt vnd nicht vber die notturfft starck sein sollen.

OBSERVATIO LIII.

Vtrum transigere vel pacisci de crimine capitali, sanguinis pœnam ingerente de iure licitum sit.

Diese quæstion habe deßwegen annectiren wollen / weil noch newlich vnter meines Herrn Obersten Regiment ein solcher casus, welcher auß dieser frag nothwendig erörtert vnd decidirt werden muß sich zugetragen.

Sunt aliqui D d. qui hoc modo distinguunt: vt ex parte rei quidem licita sit transactio, quippe, cui ignoscendum, qui qualitercumque sanguinem suum redemptum voluit. l. 1. ff. de bon. eor. qui mort. sibi consc. l. fin. ff. de præuaric. & omnis ratio honesta est expediendæ salutis. Cæterum ex parte Actoris in eiusmodi impunitatem condescendentis prohibita sit transactio, in quâ opinione sunt Accursius, Bartolus, Castrensis, & Alexander. An & quatenus de homicidio transigere liceat, latè in vtramque partem tractat Nicol. Reusn. decis. 20. & has compositiones quotidie fieri vsus docet, & pecunia, quæ datur filijs vel agnatis occisi vulgò vocatur Mann oder söhngeldt / q. propitiatoria seu expiatoria. Hoc autem notabile, sicut de iure Saxon. ad vindicandam necem defuncti proximus agnatus tenetur, ita vt vlteriores agere non valeant, nisi ipso tardante & hæreditatem repudiâte; Ita eodem iure pecuniam illam, das versöhngelt ille tantum recipit,

cipit.qui egit,cæteris exclusis. Zobel.4. diff.32. Et talis transactio, etiam absque magistratus assensu facta, ius accusandi adimit transigenti, & instantiam cœptam perimit. Reusn. d.decis. 20.n.37. si autem magistratus ex officio procedat, tunc ei talis transactio obstare vel præiudicare non potest, l.iurisgentium.§ si paciscar, l.si vnus.§.pacta.ff. de pactis. per proximiorem autem agnatum transigentem cæteris remotioribus via agendi præcluditur. Ad pleniorem tamen effectuum & validiorem subsistentiam eiusmodi transactionis semper auctoritatem magistratus adhibendam suadet Iason in l.18. C. de transact. vide Treutl. disp.7. de transact. thes.5. Fachin.c.8.l.1.

OBSERVATIO LIV.

An transactio cum parte offensa seu læsa inita saltem eousque magistratui præiudicet, vt is ex officio procedens non pœnam sanguinis sed aliam mitiorem dictare tali casu debeat. **Ob durch dergleichen** ***transactiones*** **welche von beyden Partheyen beliebet vnd** ***placi*****tirt worden/der Obrigkeit die macht vnd gewalt/gegen die** ***delinquenten*** **mit der Capital straff zu verfahren/ benommen werde?**

AFfirmatiuam tenet Bartolus in l.18. C. de transact. Treutlerus distinguit, vt in leuioribus delictis eiusmodi transactiones quidem à Magistratu attendendæ, in atrocioribus autem respuendæ sint. vide præd. Author. disp.7. thes.5. de transact. lit. d Dissentiunt tamen ab illa distinctione Dd. vulgò, & tales transactiones indefinitè & indifferenter valere statuunt. Farinac. lib. 1. titul. 1. quæst. 4. num.34.

OBSERVATIO LV.

An licitum sit in raptorem cum rebus ablatis aufugientem telo aut bombardæ ictu pro recuperatione rerum prosternere.

COuarruuias non putat hoc esse licitum, idque ex eo fundamento, quia existimat non esse concessum pro solâ defensione rerum occidere. Subnixus auctoritate D. Augustini lib. 1. de libero arbitrio. c. 5. vbi dicit: Quomodo apud diuinam prouidentiam à peccato liberi erunt, qui pro his rebus, quas contemni oportet, cæde humanâ polluti sunt? Sed Sotus, Nauarra, Petrus de Aragon contrarium tenent, vt sicut pro defensione rerum, ita quoque pro recuperatione eorundem raptorem occidere liceat, modò fiat cum moderamine inculpatæ tutelæ incontinenti. i. e. antequam ad alia negotia diuertatur. Gloss. in l. 1. C. vnde vi. Bald. in l. 1. C. vnde vi.

OBSERVATIO LVI.

Non facilè rebellandum.

MOuere casus Magdeburgensium, qui ipsis Anno 1631. d. 20. Maij in ista calamitosissimâ expugnatione contigit, quamlibet ciuitatem posset, ne suis freta viribus facilè rebellioni assuescat, cùm illa ad inuidiam munita & potens, tot Imperatoribus impunè contraria, quorum impetus semper eluserat, ad extremum non vno letho perierit, adeò, vt inter maximam vrbem & nullam, inter Germaniæ oculum & fœda rudera, inter ad id temporis Virginem & vi stupratam paucæ duntaxat horulæ interfuerint, summæ mutationis breue tempus, sic quicquid longa annorum series multis laboribus struxit, id ne totus quidem dies annihilauit, in eoque verificata fuit illa assertio Politica, diem nimirum Reipublicæ euertendæ sufficere, cum sufficisse horulas excidium Magdeburgense docuerit. Et hoc est, quòd dolorem augeat, quòd decades imò centuriæ annorũ vix resarciant, quod spatium horæ aliquando disiecit. Wie sehr vbel

manchem

manchem Reichsstandt mehr bey denen nunmehr vber etliche 20. Jahr geführte schweren Kriege die jhres theils vorgangene reuoulten bekommen/ vnd in was vnwiderbringlichen schaden selbige dardurch gerahten / dasselbige müssen sie anjetzo benebens jhrer posterität mit wehemuth vnd hertzenleyd erfahren.

OBSERVATIO LVII.

De Rebellibus.

IN crimine rebellionis solet procedi summariè & de plano, sine strepitu & figurâ iudicij. Constitut. Friderici Extrauagant. quomodo in læsæ majest.crimine procedatur.

Sunt autem rebelles illi omnes & singuli, qui quomodocumque publicè vel occultè, directè vel obliquè cõtra Imperij prosperitatem aut contrà Consiliarios & Officialẽ Imperatoris, (nã ipsi pars corporis Cæsarei sunt. l.5.C.adL.Majest.aliquid machinãtur.Cõst.Frid.Extrau.qui sint rebelles.

Si quis in exordio initæ factionis, studio veræ laudis accensus, initã prodiderit factionem, præmio & honore donabitur. l.5. C. ad L.Iul.Majest. Rebellis gladio feriatur, bonis eique omnibus fisco addictis. Filij verò quibus vitam Imperatoria lenitas concedit (paterno equidem deberent perire supplicio, in quibus paterni i. hæreditarij criminis exempla metuuntur) à maternâ vel auitâ omnium etiam proximorum hæreditate ac successione habeantur alieni, testamentis extraneorum nihil capiant, sint perpetuò egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur, ad nullos honores perueniãt, sint postremò tales, vt his perpetua egestate sordentibus mors sit solatium & vita supplicium. Nec pro talibus sine insigni nota infamiæ vnquam interuenire aliquis attentet. Filiabus mediocris alimonia, quippe de quibus confidentia, eas pro infirmitate sexus minus ausuros & fore, concessa est l.5.C.ad L.Iul.Majest.

OBSERVATIO LVIII.

Non temerè aliquis alieno bello se immiscere debet.

PEriculosum est, non concernenti se bello miscere, vt cum alijs, non nobis bellemus, vtilitatem alteri pariamus, dum vincimus, clades ipsi & vulnera sentiamus, dum succumbimus. Pluris ergò in hac tragœdia spectatorem fecero, quam suo periculo in non bona causa exhibentem scenam. Suo ingenti damno hoc didicit Respublica Venetorum Anno 1630. M. Ianuario, bello Mantuano se immiscens, allwo sie bey 9000. Mann mal à propos verlohren vnd eingebüsset.

OBSERVATIO LVIIII.

De stratagematibus bellicis, von allerhand Kriegs-*inuentionen*.

LIcet numerus inuentionum, quæ in modernis bellis in vsu sunt iniri nõ possit, nec mea experientia, quæ propter ætatem perexigua est, millesimam partem non complectatur, attamen illas minimas, de quibus mihi constat, hisce meis obseruationibus inserere placuit.

